£ 3/2

527

A. R. P.

NICOLAI BENGER

PROMPTUARIUM PRIVILEGIORUM.

PROMPTUARIUM PRIVILEGIORUM

CONFESSARIOS REGULARES ATTINENTIUM,

Quoad facultates ad absolvendum, ac dispensandum, &c. à Sacra Sede Apostolica eisdem concessas.

Adjecta Theologico-Juridica exegesi, pro clariori notitia, & tutiori eorundem Confessariorum praxi,

Elaborata Studiô & Operâ

A. R. P. NICOLAI BENGER, Ordinis S. Pauli primi Eremitæ, Patris Provinciæ Croaticæ, & SS. Theologiæ Doctoris.

TYRNAVIÆ,

TYPIS ACADEMICIS SOCIET. JESU.

ANNO M. DCC. L.

PRÆFATIO

AD LECTOREM RELIGIOSUM.

Optimè perspectum tibi esse crediderim, Lector Religiose ac benevole, quàm multum intersit habere in promptu Privilegia, quibus sis instructus; tum ad functiones Sacerdotalis Muneris, in sacerrimo Pœnitentiæ Tribunali, cum securitate conscientiæ, pro consolamine fidelium animarum, & sine aliorum præjudicio, aut jurisdictionum perturbatione peragendas; tum etiam ad jura tibi competentia si quandoque ventilentur, quoad opus sit fundatè defensanda. En ergo exhibeo tibi hocce Promptuarium Privilegiorum à Sanctissimis Christi Vicariis, eorúmque Apostolica Sede concessorum. Quæ non

levi nec perfunctorio labore colle-cta, & coordinata, exegesi etiam per necessaria illustrare, aut (ne verbo sit invidia) explicare laboravi. Neque putaverim de ingenuitate tua, quòd supervacaneum censebis laborem, eò, quòd plures Eximii jam dudum prodierint Privilegiographi, qui copiosè & dilucidè congesserunt, tum Mendicantibus, tum aliis Sacris Ordinibus concessas Privilegiales facultates. Nam præterquàm quòd docente S. P. Augustino Lib. 1. *de Trinit. cap.* 3. expedit plures libros à pluribus fieri, diversô stylô, non diversa Fide, etiam de quæstionibus iisdem, ut ad plurimos res ipsa perveniat, ad alios sic, ad alios autem sic, &c. *Accedit insuper, quòd multæ opiniones ex libris antiquorum, qui*

Pri-

PRÆFATIO.

Privilegia & res Morales pertractarunt, aut confixa sint & reprobatæ, aut alia ratione non satis ad praxim tuta habeantur. Consilium idcircò suscepi (monitis etiam Seniorum & omni Veneratione mihi Observandissimorum Patrum stimulos addentibus) ad elucubrandum hocce opusculum, idque omni diligentia agere, ut certa ab incertis, tuta à minùs securis discernantur; & ad pondus Sanctuarii appensa, quem valorem habeant, quæque dignoscantur.

Referre autem placuit plures in Thesium exegesi Authores, apud quos citantur Pontificia Decreta & Bullæ, vel quorum sententiis firmantur asserta, ut facilius Lector cupidus reperire possit, si unus ei desit, alterum, aut tertium, &c.

quem cito ſcriptorem; ex eóque doctrinam aut clariùs expoſitam, aut quandoque pleniùs (ubi nos brevitati ſtuduimus) digeſtam haurire.

Hoc igitur labore, Lector Optime, ad gloriam Omnipotentis, & animarum Fidelium ſalutem, qui & meæ ſcriptionis finis erat, & tui in Sacro Pœnitentiæ Tribunali Sacerdotalis Miniſterii, non dubito, futurus eſt, utere Felix, & in Domino ſalutatus, vale.

PRO-

PROTESTATIO
AUTHORIS.

SAnctam Matrem Eccleſiam Romano-Catholicam, ut inconcuſſam *columnam & firmamentum Veritatis*, 1*ma* ad Timoth. c. 3., ceu obſequentiſſimus filius veneror & agnoſco: atque ideo proteſtor me in doctrinis hocce opuſculo traditis, nihil penitus velle dogmatibus ac decretis ejuſdem contrarium vel diſſonum docere aut aſſerere. Et ſi quidpiam per inadvertentiam, alitérve, illis adverſum fortaſſe dixiſſem, id prorſus revoco & annullo. Ac denique univerſa ejuſdem infallibili judicio & correctioni obedientiſſimè ſubmitto.

FR. MAT-

FR. MATTHÆUS ITTINGAR

ORDINIS SANCTI PAULI Imi EREMITÆ

Vicarius Generalis Gubernans, SS. Theologiæ Doctor.

CUm Libellus: *Promptuarium Privilegiorum* intitulatus, ab A. R. Patre Nicolao Benger Ordinis nostri Provinciæ Croatiæ Provinciale emerito, & Sacro-Sanctæ Theologiæ Doctore compositus, à duobus ejusdem Ordinis nostri Theologis, quibus id commisimus, revisus sit, Typisque dignus judicatus: ut his in publicum prodire possit præsentibus, quantum in nobis est, facultatem impertimur. In Conventu solitæ Residentiæ nostræ Mariæ-Thallensi die 14. Januarii Annô 1750.

(LS.) FR. MATTHÆUS ITTINGAR
Vicar. Gen. Gubernans.

OPus inſcriptum: *Promptuarium Privilegiorum*, ab A. R. Patre Nicolao Benger, Ordinis Sancti Pauli primi Eremitæ, Venerabilis Provinciæ Croatiæ Provinciale Emerito, &c. Sacro-Sanctæ Theologiæ Doctore compilatum, ex commiſſione Reverendiſſimi Patris mei, Vicarii Generalis Gubernantis ego infra Scriptus legi; & quoniam in eo neque fidei, neque moribus contrarium invenerim quidpiam, quin imò Theſes poſitas tam in Authoritatibus, quàm rationibus eruditè fundatas, Confeſſariis pariter, & confitentibus perutiles futuras compererim, hinc opus hoc dignum cenſeo, ut Typis mandari valeat. Dabam in Conventu noſtro Mariæ-Thallenſi die 13tia Januarii Annô 1750.

FR. HENRICUS PEHM,
Ordinis Sancti Pauli primi
Eremitæ Secr. Generalis,
SS. Theologiæ Doctor.

Libellum, cui titulus: *Promptuarium Privilegiorum.* Studiô, & operâ Admodùm Reverendi Patris Nicolai Benger, Ordinis Sancti Pauli primi Eremitæ, Provinciæ Croaticæ Patris, ac Sacro-Sanctæ Theologiæ Doctoris, elaboratum, ex speciali commissione Reverendissimi Patris, Patris Matthæi Ittingar, Ordinis Sancti Pauli primi Eremitæ Vicarii Generalis Gubernantis, attentè legi; nec in eo fidei, aut morum regulis aliquid disforme, quin potiùs cum brevitate claritatem amplum lecturis contentum daturam, inveni. Et ideò, si Superioribus videbitur, luce publica dignum censeo. Datum in Conventu Mariæ-Thallensi 1750. die 7. Januarii.

FR. HIERONYMUS WAYAY,
Ordinis Sancti Pauli primi Eremitæ, & Almæ Provinciæ Ungaricæ SS. Theologiæ Doctor.

PRÆCAPITULATIO BREVIS DE COMMUNICATIONE PRIVILEGIORUM.

QUia frequenter in exegesi producendorum Privilegiorum, ad firmandas quas statuemus doctrinales theses, citabimus varias diversis Religionum familiis à S. Apostolica Sede concessas Privilegiales facultates; Ne igitur scrupulus Lector candide tibi veniat, quasi non posset Confessarius Paulini Ordinis Nostri, aut alterius cujuspiam, tali Privilegio securè uti, quod alteri diverso Ordini concessum est, præmonere te voluimus ipso in vestibulo operis, ut advertas, quòd Sacer Ordo noster Proto-Eremi-

ticus gaudeat omnibus Privilegiis cæterorum omnium Ordinum Religiosorum, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, *in quantum nobis communicabilia sunt*, & non adversantur Regulæ vel statutis & observantiæ Ordinis nostri. Quia imprimis concessit nobis BONIFACIUS PAPA IX. de Anno Domini 1401. Communicationem omnium Privilegiorum Sacro Ordini Carthusiensi concessorum. Eandem Communicationem confirmavit MARTINUS V. Anno Domini 1417. ac rursus ALEXANDER VII. Anno Domini 1658. Cùm autem GREGORIUS PAPA XV. per Bullam: *Ad uberes &c.* ad Annum Domini 1623. Sacro Ordini Carthusiensi communicaverit & conce-

cesse-

cesserit omnia Privilegia, quibusvis aliis, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium Ordinibus concessa, ac in futurum concedenda, quatenùs non sint revocata, prout dictam Bullam refert Cherub. *in Bullar. communi. Tom. 3. pag. 440.* & Noster Mallechich *in Quadrip. Part. 3. pag. 411.* Igitur per consequens etiam Ordo noster gaudet omnibus Privilegiis quorumcunque Ordinum, ut dictum est. Imò omnes Ordines Religiosos tali Communicatione potiri, docent Joan. à Cruce, *L. 2. cap. 4. concl. 3.* Pellizar. *Tr. 8. cap. 1. num. 42.* Salmant. *Tr. de Privileg. c. 1. pun. 7. num. 90.* Mezger *Tr. 8. Diss. 37. art. 4. n. 9.* Elbel. *Par. 1. Theol. Decal. Confer. 18. n. 507.*

Bordon. *To.* 3. *Resol.* 52. *num.* 66. & alii apud ipsos.

Notandum verò, quòd virtus Communicationis Privilegiorum ea sit, ut illi, in cujus favorem emanavit, tribuat Privilegia *perinde, ac si specificè ei concessa fuissent.* Ut dicit Rota Rom. in una Valentina *Decimarum*, coram Lancelloto. A. 1603. Ita & LEO X. in Bulla: *Dudum.* To. 1. Bullarii. Oldrad. Tambur. Lezana *Comentar. in Mare Magn. Prædic. n.* 167. & noster Mallech. *in Quadrip. Par.* 1. *n.* 27. sicque Communicatio est veluti appropriatio, *& nova concessio Privilegii*, respectu ejus, cui communicatur, ut docet Suarez *de legib. l.* 8. *cap.* 16. *num.* 15. Lezana *l. c.* P. Kazenp. *in supplem. Theol. Decal. Cap.* 1. *n.* 423.

CA-

Caput I.

Privilegium Primum.

Quoad Jurisdictionem Confessariorum Regularium.

THESIS SYNOPTICA.

Confessarii Regulares habent Jurisdictionem delegatam immediatè à summo Pontifice, suppositâ tamen approbatione Episcopi Diœcesani, respectu absolvendorum sæcularium. Patet ex Clementina *Dudum. Tit. de sepulturis.* Ubi Papa concessit Regularibus, quòd possint audire confessiones, quorumcunque volentium sibi confiteri. Idem Ordini Nostro speciatim concessit Clemens VII. An- 1.

no Domini 1523. cujus Bullam refert Maliech. *Part. 2. pag. 248.* Aliique Pontifices aliis SS. Ordinibus. Unde id docent Palud. Rodriq. Henriq. & cum iis Laym. *Tr. de Pœnit. cap. 10. n. 19.* Bordon. *To. 2. Resol. 6. num. 3.* La Croix *Lib. 6. Par. 2. n. 1552.* Sporer *in sua Theologia Sacramentali Part. 3. n. 673.* Fagnan. *in Cap. omnis. Tit. de Pœnit. & Remiss. n. 79.* & communiter.

2. Ex hoc autem Privilegio deducuntur hæc Corollaria. 1*mo*. Quòd Confessarii Regulares possint absolvere, undecunque ad se venientes sæculares, in ea Diœcesi in qua sunt approbati. Quia Jurisdictionem habent illimitatam quoad personas, seu ad omnes Christi fideles, & sic *in Actu imò* pro toto Mundo. Approbationem verò Decreta Apostolica requirunt tantùm illius Episcopi in cujus Diœcesi Confessio auditur, non illius cujus alioquin subditus est pœnitens ad

Con-

Confessionem veniens. Id tamen Notandum, quòd ad audiendas Confessiones Monialium, non sufficiat Generalis approbatio, sed requiritur specialis Episcopi Diœcesani ex mox citando Decreto. CLEM. X. §. 4.

3. 2*dò*. Deducitur, quod validè absolvant licitéque in suis Ecclesiis, etiam renitente Parocho. Constat ex eo: quia inferior frustra renititur potestati concessæ à superiore. Imo id de fide esse dicit P. Anton. à S. Spiritu *Tr. 2. Disp. 3. num. 2.* definitum á JOANNE XXII. in Extravag. *Vas Electionis &c.* Deinde CLEMENS X. in Bulla: *Superna magni. §. 4.* statuit: *Religiosos simpliciter approbatos, posse in Diœcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcunque etiam infirmorum Confessiones audire, absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia.* Vide si lubet, Bullam per extensum relatam apud P. Mallechich.

in Quadrip. Part. 4. Pag. 756. & apud La Croix *L. 6. Part. 2. num. 1502.* Sbogar *in sua Theolog. Radicali pag. 760.*

4. Nihilominus tamen, ut Religiosus licitè utatur Jurisdictione in Ecclesia aliena, *v. g.* in Parochia, debet habere consensum illius, cui Ecclesia subest. Quia id æquitas postulat, & secùs est prohibitum, ob vitandam perturbationem pacis ut notat cit. La Croix. *n. 1576.* cum Platel.

5. *3tiò.* Deducitur, posse Confessarios Regulares absque licentia Parochi exire ad audiendas Confessiones ægrorum pœnitentium, dum ab eis vocantur; & id prohiberi non posse, declaravit sacra Congregatio Episcoporum Anno Domini 1606. ut ex Barbosa & Tambur. refert. Lezan. *Commentar. in Mare Magnum Augustinianorum, num. 5.* Debent tamen eo casu Confessarii certiorare Parochum de Confessione peracta, saltem per Schedu-

dulam in domo infirmi relictam; ut eadem S. Congr. mandavit.

6. Præterea, abſtinere debent Confeſſarii Regulares ab adminiſtranda Euchariſtia pro viatico infirmis, & à conferenda Extrema unctione. Nam id agere ſine licentia Parochi prohibetur ſub pœna excommunicationis Papæ reſervata *Clementinâ 1. de Privil.* excipe caſum neceſſitatis & abſentiæ Parochi, tunc enim cenſetur haberi, ſeu habetur interpretativus Parochi conſenſus, vel certè conſenſus Eccleſiæ tanquam Matris, quæ ſolicitam habet curam ſalutis ſuorum filiorum. Ut rectè ait Noſter Mallechich *part. 4. ad Conſtit. 5. S. Pii V. num. 13.* cum Suar. & Rodriq. Idem docet Cardin. Lugo. *Diſp. 18. de Euchar. n. 53.* Lezana *Tom. 1. cap. 21. n. 8.* Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Diſp. 3. n. 104.* cum aliis. Item excipiuntur familiares & famuli Domorum Religioſarum; his enim quoties opus fuerit, poſſunt Re-

gulares etiam in Mortis articulo ministrare Sacramenta Eucharistiæ & Extremæ Unctionis ac Sepulturæ beneficium, cujusvis licentiâ super hoc minimè requisitâ. Ut concessit LEO X. Ordini Minorum, & habetur in eorum Privilegiis *fol. 57.* & in comp. Privil. S. J. *V. Familiares, §. 2.* Similiter concessit MARTINUS V. Ordini S. Benedicti, ut in comp. Minorum *V. Familiares §. 10.*

7. Dixi porrò in Thesi: *supposita approbatione Episcopi.* Nam licèt olim poterant Religiosi cum sola facultate suorum Superiorum audire Confessiones sæcularium, ut ex Extrav. *Inter cunctas &c.* docet Mallech. *pag. 149. n. 40.* & alii. Nunc tamen non possunt, sed requiritur Approbatio Episcopi, tanquam conditio, sine qua non obtinent in actu secundo Jurisdictionem. Idque tum ex Decreto S. Concilii Tridentini *Sess. 23. cap. 15. de Reform.* tum ex Bulla UR-

BANI

BANI VIII. *Cum sicut accepimus, &c.*

8\. Insuper, quamvis olim Regularis ab uno Episcopo approbatus poterat Confessiones audire in quacunque Diœcesi, & habebatur approbatus pro toto orbe. Ut docuerunt Aravius, Henriq. Præposſ. Svarecz, Amicus, Trullench. aliique citati apud Peyrin. *de officio subd. q. 1. cap. 21. §. 2. concl. 2.* & Noſter Kienczl *Part. 6. q. 12.* defacto tamen hæc ſententia non ſubſiſtit, ſed requiritur etiam approbatio alterius Epiſcopi in cujus Diœceſi eſſent audiendæ Confeſſiones. Ita declaravit INNOCENT. X. Anno Domini 1648. in cauſa Angelopolitana, ut videre eſt apud Dianam *Part. 10. Tr. 14. Reſol. 23.* Mallech. *Part. 2. ad Conſtit. 4. Gregorii XI. n. 42.* & alios. Rurſumque idem ſtatuit CLEMENS X. Anno 1670. in Bulla ſupra cit. quæ incipit *ſuperna &c.*

His

9. His tamen non obſtantibus id ſatis probabile & tutum eſt, quòd Religioſus peregrinans poſſit in aliena etiam Diœceſi in qua approbatus non eſt (dummodo ſit in una) abſolvere tum ſuos conviatores, tum alios accedentès, ſi Parochi non repugnent, nec ſit in eo loco Epiſcopus, à quo peti poſſet facultas. Licèt enim id neget P. Illſung. *Tr. 6. Diſp. 6. q. 6. n. 176.* & de eo dubitet La Croix *L. 6. Part. 2. n. 1513.* Attamen id tuentur Rodriq. Suar. Palaus, Joan. à Cruce, Peregrin. Miranda, quos refert & ſequitur Anton. à S. Sp. *Tr. 2. Diſp. 3. n. 12.* Item P. Reiffenſt. *in L. 5. Decretal. Tit. 39. n. 259.* cum Sporer, Sannig. Platel. & Wieſtner. Accedunt P. Viva *in Trutina Theol. ad Prop. 16. ab Alex. VII. damn. n. 11.* Pichler. *in lib. 5. Decretal. Tit. 39. n. 9.* Noſter Kienczl *l. c.* P. Benjamin Elbel *in Confer. de Sacram. Pœnit. num. 290.* P. Maſſeus Kreſslinger

in

in ſupplem. ad Theolog. P. Reiff. Diſp. 8. q. 1. addit. 7. P. Gerard. Zetl. *in ſuo Confeſſario Part. 1. n. 35.* Kazemp. *in ſupplem. ad Theol. Decal. c. 2. n. 445.* Fundamentum ſumitur 1. ex Privilegiis. Tale enim conceſſit Eugenius IV. Fratribus Ordinis Minorum, & Gregor. XIII. Patribus Soc. Jesu. Ut ex Rodriq. teſtantur citati Reiff. Kreſsl. aliique. Nec iis derogâſſe cenſendus eſt Clemens X. per Bullam *Superna:* commodè enim intelligi poteſt, quòd hic loquatur, non de Religioſis in tranſitu ſolùm agentibus, ſed ſtabiliter permanentibus, qui ſine dubio debent habere approbationem Epiſcopi & ita ſuadet *vitanda, quantum fieri poteſt, correctio jurium.* Quia non eſt recedendum à jure antiquo, niſi quatenus in novo eſt expreſſum. *Cap. 2. Tit. de Transl. Epiſc.* Et quia Regularium Privilegia interpretanda ſunt inſtar juris communis, ita ut iis, quàm mi-

nimìm fieri poteſt, derogetur ex Henriq. *P. 7. cap. 230.* Anton. à S. Sp. *Tr. 1. Sect. 8. n. 158.* cum Oldrado, Sanch. Bonac. Azor. Tambur. &c.

Alterum verò fundamentum eſt: quia pro ſimilibus habetur tacitus conſenſus Epiſcoporum. Ut de Germania teſtantur Pichler, & Reiff. citati. Item de Belgio, Petr. Marchant. *in ſuo Tribun. Tom. 1. Tr. 2. tit. 6. q. 4. Reſ. 2.*

10. Dixi in Theſi ſecundò *reſpectu abſolvendorum ſæcularium.* Nam ad abſolvendos Religioſos non requiritur approbatio Epiſcopi, ſed ſolùm Licentia & facultas data ab eorundem Prælato. Ita concorditer Doctores & nominatim Bordon. *Tom. 2. variarum Reſolutionum. Part. 1. Reſol. 34. n. 3.* cum Navar. Rodriq. Bonac. Diana &c. Quia reſpectu Religioſorum poteſtatem quaſi Epiſcopalem habet ipſorum Prælatus. Unde & Conc. Trident. *ſup. n. 7. cit.* ex-

preſsè

presſè loquitur tantùm de confesſionibus ſæcularium, dum requirit approbationem Epiſcopi.

11. Procedit autem hæc reſolutio etiam quoad Novitios. Quia in favorabilibus communicant cum Religioſis. Regulariter tamen ſoli Magiſtro Novitiorum confeſſiones audiendi cura commitenda eſt. Ut ſtatuit CLEMENS VIII. in Decreto de Inſtit. Novit.

12. Item procedit Reſolutio etiam quoad Familiares ſæculares. Ita enim CLEMENS in ſæpè citata Bulla *Superna Magni &c.* conceſſit, quod illorum ſæcularium, *qui verè ſunt de familia & continui commenſales*, id eſt dietim de Menſa Regularium viventes, poſſint Religioſi ex deputatione ſuorum ſuperiorum, ſine approbatione Epiſcopi audire confeſſiones. Notandum tamen id, quod dicitur: *qui verè ſunt de familia:* nam alii largè dicti familiares, uti artifices extranei deſervientes Monaſteriis,

non

non comprehenduntur in hac concessione. Ut declaravit S. Congregatio, & refert ex Peyrin. Noster Mallech. *Part. 2. ad Constit. 4. Gregorii XI. n. 49.* Item P. Augustinus Matthæuccius. *In officiali Curiæ Regul. cap. 2. num. 20.*

13. Dubium autem hìc subnascitur, an inter familiares computandi sint, qui habitant in grangiis Monasteriorum? Nam aliquis (inter quos P. Felix Potestas *Tom. 1. num. 3297.*) solos eos dicunt esse verè de familia, qui etiam habitant inter septa Monasteriorum. At P. Lezana *Tom. 2. cap. 16. n. 1.* ampliore termino utitur dicens, familiaris rationem habere, & ad id requiri, quod quis in Regularium domibus cohabitet. Idem *in Commentar. ad Mare Magn. Ord. Minorum n. 24.* ex Barbosa, Rebuffo, & Steph. Gratiano dicit familiarium seu servitorum nomine venire etiam illos qui præsunt Viridariis.

Acce-

Accedit, quòd Grangiæ intra loca & domos Religiosorum computentur, ex Donato *To. 1. Par. 2. Tr. 13. q. 39. n. 1.* Thoma Rotario *Tom. 3. lib. 2. cap. 2. pun. 1.* Mallech. *Part. 3. ad Constit. Urbani V. n. 4.* Unde etiam Grangias gaudere Privilegio exemptionis; docent Em. Rodriq. Barbos. Reiffenst. aliique quos refert Kazenp. *in supplem. Part. 1. cap. 2. n. 186.* Ad hæc idem URBANUS V. concessit Carthusiensibus, quòd possint Mercenariis suis, etiam in Grangiis & Cellariis eorum residentibus, quoties opus fuerit, Sacramenta Ecclesiastica ministrare. Quod Privilegium refert cit. Mallech. *pag. 374.* & liber Privilegiorum Ord. Carthus. *n. 86.* adstipulantur relata superiùs *num. 6.* Item statutum in Concil. Lateran. sub LEONE X. per Bullam: *Dum intra*, §. 7. quam extensam habes apud Mallech. *Part. 4. pag. 433.*

CAPUT II.

Privilegium Secundum.

Quoad approbationem Regularium.

THESIS SYNOPTICA

14. Regularibus ad Confessiones audiendas idoneis tenetur Episcopus approbationem 1. dare gratis. 2. Illimitatam, sine restrictione ad tempus, vel loca, aut certum genus personarum. 3. Idque sub gravi peccato; nisi causa ad ipsas Confessiones pertinens subsit, pro neganda vel limitanda approbatione. 4. Nec potest idem Episcopus ad novum examen Regularem semel approbatum trahere. 5. Nec concessam approbationem sine justa causa revocare. 6. Neque aliquem suspendere ab audiendis Confessionibus, sine causa ad Confessiones pertinente. 7. Minùs autem totum Conventum privare facultate audiendi Confessiones.

Pri-

Prima pars Theſis, quòd nempe Epiſcopus teneatur Regularibus dare approbationem, conſtat ex S. Concilio Tident. *Seſſ. 23. cap. 15.* ubi S. Synodus præcipit ut Regularibus, qui idonei judicabuntur, approbatio detur, & quidem gratis. Idem ſtatuit CLEMENS X. in Bulla: *ſuperna &c.* Ratio etiam eſt: quia cum Regulares ex Privilegiis habeant Jurisdictionem à Pontifice ad Confeſſiones audiendas, habent per conſequens jus ne impediantur ab Epiſcopo denegatione approbationis: adeóque tenetur idoneos approbare, & injuriam faciet, ſi vel nolit eos ad examen admittere, vel examinatos & idoneos repertos nolit approbare. Ita Cardin. Lugo *Diſp. 21. num. 49.* P. Viva *ad Propoſ. 13. Alex. VII. num. 1. & ſeqq.* Sporer *de Sacram. Pœnit. num. 672.* aliique communiter. Ex quo etiam conſequitur, approbationem non eſſe actum gratiæ, ex libera vo-

luntate concedentis dependentem, ſed actum Juſtitiæ, velut authenticam declarationem de idoneitate perſonæ. Ut notat. cit. P. Sporer.

Obſervandum nihilominùs, quòd ſi Epiſcopus etiam injuſtè aliquem reprobet, & denegata approbatione rejiciat, ea rejectio ſubſiſtat, ita, quòd ſic reprobatus non poſſit validè abſolvere. Nam oppoſita ſententia, olim quidem probabilis, quam docuerunt Navar. Sotus, Layman, aliíque, innixi Privilegio dato à CLEMENTE V. in *Clement. Dudum, Tit. de Sepulturis*, poſtmodum confixa, & damnata eſt ab ALEX. VII. *in Propoſ. 13.*

15. Secunda pars Theſis, quòd Regularibus dari debeat approbatio illimitata, deciſa eſt à S. Congreg. Annô 1587. cujus declarationem refert Noſter Mallech. *Part. 2. ad Conſtit. 4. Gregorii XI. num. 45.* & Bordon. *To. 2. Reſol. 36. n. 23.* Et Rodriq. &c. Idque innovavit CLE-

CLEMENS X. per Bullam *Superna.* §. 4. Et ratio est: quia cùm Sedes Apostolica generalem & illimitatam facultatem tribuat Regularibus audiendi Confessiones fidelium, solámque approbationem concedat Episcopis, ipsi iniquè agerent, & transgrederentur limites suæ potestatis, si ab Apostolica sede concessas facultates sine justa Causa restringerent.

16. Quòd si verò adsit ejusmodi causa, ita, quòd aliqui Regulares non adeò idonei reperirentur, possunt tales cum limitata facultate prout ipsis Episcopis expedire videbitur, approbare. Ut in Bulla cit. adjunxit, & declaravit CLEMENS X. Præterea advertendum, quòd approbatio, etsi ab Episcopo non limitetur, sit tamen ipso jure Pontificio eatenus limitata, ut Monialium Confessiones audire non possit, nisi specialiter pro iisdem approbatus. Ut dictum *supra num. 2.*

17. Si tamen id contingeret, quòd Episcopus iniquè limitaret approbationem alicui simpliciter idoneo, & concederet eam *v. g.* solùm ad certum tempus, vel certas personas, limitationi standum erit. Talisque Confessarius nec licitè nec validè absolvere poterit ultra tempus, aut alium limitem suæ approbationis. Bordon. *Tom. 2. Resol. 26. num. 23.* Viva ad *prop. 13. Alexandri VII. num. 16.* P. Potestas *Tom. 1. num. 3289.* Quia eatenus Confessario deficit conditio ad valorem absolutionis per Concil. Trident. requisita. Unde videtur pro praxi non esse satis tuta opposita opinio P. Lezana *Tom. 1. cap. 19. num. 8.* cum Henriq. & Miranda opinantibus, ejusmodi restrictionem sine justa causa factam nihil valere. Quod etiam tenuit Noster Kienczl. *Part. 6. q. 11.*

18. Tertia pars Thesis, quòd sit obligatio gravis ad dandam approbationem, patet inde, quia ejusmodi

modi denegatio esset peccatum injustitiæ, ut cum Laym, Conink, & communi DD. tradit Sporer *cit. num. 672.* P. Franc. B. Spei. *Diss. 11.* & liquet ex ratione allegata *supra num. 14.* peccatum verò injustitiæ ex genere suo grave est: ergo. Quamvis autem (ùt dictum est *num. 16.*) possint ex justa causa Episcopi limitare approbationem; illa tamen nòn debet esse qualiscunque offensio, sed oportet causam esse pertinentem ad ipsas confessiones (ut si approbationem petens sit minùs idoneus, aut vitæ nòn sat integræ) prout in simili resolvit S. Congr. infra adducenda.

19. Quarta pàrs Thesis, quòd Episcopus non possit ad novam examen trahere Regulares, firmatur Decretô S. Pii V. qui in Bulla: *Romani Pontificis.* a) §. 2. ita statuit: *Volumus eos qui semel ab Episcopo*

a) Bullam hanc, si lubet, vide ap. *Mallech.* Part. 4. pag. 496.

in Civitate & Diœcesibus suis prævio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari. Idem postea declaravit S. Congr. Concilii. Ut refert Steph. Quaranta *in summa Bullarii*, V. *Confessor.* & Noster Mallech. *Part.* 2. *ad Const.* 4. *Gregorii XI. n.* 44. Lezana *Tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 7. subdit tamen c. Pontifex: *à successore autem Episcopo, pro majori suæ Conscientiæ quiete, examinari de novo poterunt.* Sed rectè cum Tambur. adjungit P. Sporer *num.* 674. Sanctum Pontificem hic supponere, si suboriatur non ex malevolentia, sed ex justis causis inquietudo rationabilis.

20. Quinta pars Thesis, quòd non possit Episcopus approbationem, sine causa justa revocare, fundatur in jure, & in ratione, ac in consensu DD. Ita enim *Cap. accepimus, Tit. de ætate & qualit. Ordin.* dicitur: *Semel idoneus reputatus, debet pro tali semper haberi,*

beri, alia causa non interveniente. Ratio verò eſt: quia approbatio ſemel legitimè facta tranſiit in rem judicatam, & ſic approbatus eſt in poſſeſſione ſui Juris, quô privari non poteſt ſine juſta cauſa. Atque ita docent Sylveſt. V. *Confeſſor.* aliique apud Mallech. *Lib. cit. num. 46.* La Cr. *Lib. 6. Part. 2. num. 1545.* Sporer *Lib. cit.* cum communi.

21. Et quamvis aliqui cum Filliuc. *Tr. 7. cap. 9. q. 12.* Revocationem ſine juſta cauſa factam ſolùm cenſeant fore illicitam: alii tamen cum Svar. & Conink apud Buſemb. *L. 6. Tr. 4. cap. 2. num. 6.* dicunt invalidam.

Hoc certius eſt, quòd in dubio de Juſtitia cauſæ præſumendum ſit pro Prælato, ut docet Cardin. Lugo *Diſp. 18. Sec. 3. Dub. 21. num. 67.*

22. Sexta pars Theſis, uti & ſeptima, quòd non poſſit Epiſcopus aliquem Regularem ſuſpendere ab

audiendis confessionibus, mi[...] totum Conventum privare tali [fa]cultate, decisa est tum à C[LE]MENTE X. per Bullam: *superna* §. [...] & 6. tum à S. Congr. Episcop[o]rum, Annô 1615. his verbis: *[Il]lustrissimi S. Congregationis Patres - - statuunt ac decernunt Archi-Episcopis, Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, ad quos Confessarios approbandi Jus spectat, Confessarios Regulares ab ipsis liberè approbatos, ab audiendis Confessionibus suspendere posthàc minimè licere, nisi ex nova Causa, eáque ad Confessiones ipsas pertinente, aut ob non servatum interdictum ab ordinariis positum. Statuunt insuper eosdem Archi-Episcopos, Episcopos, locorúmque Ordinarios, Confessiones audiendi facultatem omnibus simul unius Conventûs Regularibus Confessariis, eadem Sacra Congregatione inconsulta, nullô pactô adimere posse. Romæ 20. Novembris 1615.* Referunt

ferunt hanc declarationem Barbosa *de Potest. Episc. allegat.* 25. *n.* 30. Ascan. Tambur. *Tom.* 2. *Disp.* 6. *q.* 12. Peyrinis *Tom.* 1. *in Const.* 2. *Sixti IV.* §. 11. *num.* 45. Noster Mallech. *Part.* 2. *ad Const.* 4. *Gregorii XI. num.* 47. Sporer *Lib. cit. num.* 676. *&c.*

23. In ea verò notandæ illæ particulæ: *minimè licere*, & *nullô pactô posse*: important enim nullitatem seu invaliditatem revocationum, contra ea Decreta attentatarum. Ut probat Cardin. Lugo *Lib. cit. num.* 64. & docent alii relati ap. cit. Mallech. Unde meritò dicit Lezana *Tom.* 1. *cap.* 19. *n.* 9. cum Peyrin, quòd si contra hoc Decretum Confessarii Regulares suspendantur, non tenentur obedire.

CAPUT III.

Privilegium Tertium.

Quoad Absolutionem Religiosorum.

THESIS SYNOPTICA.

24. CONfessarii Regulares ab ipsorum Prælatis deputati possunt sui Ordinis Religiosos absolvere. 1. Ab omnibus casibus & peccatis summo Pontifici reservatis extra Bullam Cœnæ. 2. Etiam à casibus Bullæ Cœnæ occultis. 3. Item & ab hæresi externa & certa, sed occulta, saltèm extra regiones illas, in quibus viget Tribunal Sacræ Inquisitionis. 4. Etiam à Censuris quoad forum internum, nisi sint particulatim inflictæ. 5. Debent tamen ejusmodi Confessarii esse specialiter deputati pro ipsis Regularibus & signanter pro absolutione à reservatis intra Religionem.

25. Prima pars Thesis, quòd Confessarii Regulares ab ipsorum Prælatis deputati possint sui Ordinis Reli-

Religiosos absolvere ab omnibus casibus Summo Pontifici reservatis extra Bullam Cœnæ, ostenditur ex eo: quia Prælatis Regularibus concessa sunt varia à pluribus Pontificibus Privilegia ad absolvendos suos ab ejusmodi casibus. Ita enim Sixtus IV. Papa per Bullam: *Regimini* (quæ est Mare Magnum S. Ordinis Prædicatorum) Annô Domini 1474. eidem S. Ordini, & per Communicationem aliis confirmat, & de novo concedit, aliàs jam à Gregorio XI. concessam amplam facultatem, hoc verborum tenore: *Magistro, & Prioribus Provincialibus, & Conventualibus, & eorum Vicariis, absolvendi Fratres ejusdem Ordinis, nec non Fratribus dicti Ordinis quos ipse Magister, Priores Provinciales, & Conventuales habuerint pro tempore in Confessores, absolvendi ipsos Magistrum, Priores Provinciales, & Conventuales, ab excessibus & Censuris, nisi ta-*

lia

lia forent, propter quæ essent ad Sedem Apostolicam meritò destinandi; ac cum eis desuper dispensandi concedit. Et paulò infra declarat: *hæreticos relapsos Schismaticos, & qui litteras Apostolicas falsificâssent, aut ad infideles prohibita detulissent, duntaxat esse ad Sedem Apostolicam meritò destinandos, reliquis verò omnibus, etiam Simoniæ pravitate qualitercunque irretitis, posse per illos, quibus inibi conceditur absolutionis beneficium, & dispensationis, juxta Casuum indigentiam impartiri.* Sic memorata Bulla Sixtina *§. 41.* & *42.* quam refert Laërt. Cherubin. *Tom. 1. Bullarii.* P. Albertus Castellan. *in Collect. Privil. Ord. Præd.* Confectius *in Collect. litterar. Apostolic.* Leza. *Tom. 5.* & alii. Unde observandum, quòd licèt quædam Bullæ restringant dictam facultatem ad P. Generalem, Sixtina tamen eadem extendit etiam ad Prælatos locales, adeoque

per

per communicationem possunt eo favore uti, ùt rectè Bordon. *Tom. 2. Res. 3. num. 17.* cum Rodriq. & Confectio.

26. Deinde INNOCENTIUS PAPA VIII. Annô Domini 1489. concessit speciatim Ordini Nostro, quòd P. Generalis, & alii 10. vel plures Priores seu Fratres (si expediens fuerit) ab ipso eligendi, possint quosque sui Ordinis Fratres absolvere toties quoties, ab omnibus criminibus & excessibus, etiam talibus, propter quæ Sedes Apostolica sit meritò consulenda. Excipit duntaxat tria: Homicidium voluntarium, manifestam hæresim, & Bigamiam. Vide Bullam ipsam per extensum relatam apud Mallech. *in Quadrip. pag. 235.*

27. Aliis præterea Sacris Ordinibus consimilia habentur data Privilegia, & iisdem vel expressè datur facultas, ut P. Generalis, aliíque Prælati possint deligere & deputare alios è Fratribus Confessarios,

ad

ad abſolvendum à reſervatis. Vé etſi id non exprimatur in quibus dam, intelligitur attamen conceſ ſum: quia poteſtas delegata, ſi ſi annexa officio, ſeu in perpetuum conceſſa, tranſit in ordinariam, & poteſt ſubdelegari. Lezana *Tom. 1. cap. 18. num. 4.* cum Suar. & Corduba. Item Noſter Mallech. *Pag. 277. num. 35.* P. Sporer, *in Theol. Sacram. Part. 3. cap. 6. num. 738.* Tom. Sanch. *Lib. 2. de Matrim. Diſp. 40. numer. 14.* cum Bartolo, Baldo, Imola, Covarr. &c.

28. Secunda pars Theſis, quòd poſſint Confeſſarii deputati abſolvere ſuos Con-Religioſos etiam à caſibus Bullæ occultis, docetur à P. Suar. Rodriq. Peyrin, &c. Quos citat & ſequitur P. Mallech. *Part. 3. ad Conſtit. 2. Sixti IV. num. 5.* Aliíque contra Bordon. & Lezan. conſtat ex Privilegio Prælatis Caſſinenſibus per S. PIUM V. Annô Domini 1571. conceſſo, quod refert

fert Rodriq. & Peyrin. &c. Idem quoque habetur ex ſupra citata Bulla INNOCENTII VIII. quâ concedit facultatem etiam à caſibus propter quos Sedes Apoſtolica foret meritò conſulenda (excipiendo ex iis hæreſim de qua mox) hinc quia caſus illi à SIXTO IV. ſingulariter excepti, tanquam propter quos Sedes Apoſtolica foret meritò conſulenda, continentur intra caſus Bullæ Cænæ, ùt notat Bordon. *Tom. 2. Reſ. 3. num. 8. in fine*; & nihilominùs ab eis conceditur facultas abſolvendi, à fortiori intelligitur conceſſa ab aliis, Bullæ Cænæ, non ſic excipi ſolitis.

29. Accedit declaratio S. Congreg. Cardinalium approbante CLEMENTE VIII. quòd Privilegiis Regularium per annuam publicationem Bullæ Cænæ derogetur ſolùm quoad Abſolutionem Sæcularium, non verò ſuorum Religioſorum. Uti de ea declaratione teſtantur cum Peregrino & Naldo, P. Pey-

le, & ad reſervationem. Pr
uberius tradunt Caſuiſtæ.

33. Dixi ſecundò ſaltèm extra i
regiones, ubi viget Tribunal S.
quiſitionis. Nam ubi hoc ſacr
officium inſtitutum eſt, utì in
lia, Hiſpania, &c. Illic eidem ſuk
jiciendi ſunt caſus hæreſeos, ne
poſſunt Prælati Regulares, etian
ab occulta hæreſi abſolvere. U
docet P. Moya *in Qq. ſelectis
Tr. 3. Diſp. 8. q. 5. num. 8.* Cun
Leandro à Murcia, Turriano, Trul
lencho, &c.

34. Quarta pars Theſis, quòd item
poſſint abſolvere à Cenſuris quoad
forum internum, patet ex produ-
cto Privilegio SIXTI V. *ſupra
num. 25.* Item ex Privilegio à S.
PIO V. dato Caſſinenſibus, de quo
ſupra num. 28.

Excepi verò cenſuras particu-
latim inflictas, ùt ſi quis nomina-
tim excommunicetur, &c. Nam
talis cenſura cenſetur ſpecialiter re-
ſer-

ſervata Prælato eam infligenti, eſtque juridicè publica.

35. Quinta pars Tſieſis, quòd Confeſſarii (de quibus hactenus) debeant eſſe ſpecialiter deputati, &c. Habetur ex Decreto CLEMENTIS VIII. de Caſuum Reſervatione edito Annô Domini 1593. ubi §. 3. Sic decernit Pontifex: *Superiores in ſingulis Domibus deputent duos, tres aut plures Confeſſarios pro ſubditorum numero; iique ſint docti, prudentes ac Charitate præditi, qui à non reſervatis eos abſolvant, & quibus etiam reſervatorum abſolutio committatur, quando caſus occurrerint; in quo eam debere committi ipſe imprimis Confeſſarius judicaverit.* Ex quibus verbis patet, non eô ipsô habere facultatem abſolvendi à reſervatis, quòd quis deputetur pro Confeſſario Conventûs, ſed oportere ſpecialiter obtineri commiſſionem erga caſus reſervatos. Quod etiam docet Noſter Mallech. *Part. 4. ad di-*

ctam Constit. 1. Clementis VIII. num. 145. & 146.

36. Fors autem videri posset alicui, quòd ibi tantùm loquatur Pontifex de Casibus quos specialiter ipsi Prælati Regulares per sua Capitula, aut aliàs sibi reservant, & non de PAPÆ reservatis. Sed nihilominùs tenendum, id etiam intelligi debere de casibus PAPÆ reservatis. Ratio est: quia etiam in illis Religionibus, in quibus nulli sunt casus per Religiosam superioritatem reservati (utì de sua Congregatione Carmelitana Hispanica testatur P. Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Disp. 2. num. 1.*) Attamen casus Papales sunt de Jure reservati Prælatis in omnibus Religionibus. Ut docet Suar, Card. Lugo, Castrop. Fragosus, quos citat & sequitur memoratus P. Anton. Idem tenet Bordon. *Tom. 2. Res. 4. num. 22.* Et P. Sporer *num. 743.* Ubi dicit Confessarios subditos non posse etiam Religiosos sui Ordinis absolvere

vere à casibus Papalibus, nisi ad id specialiter deputati sint similiter docet P. Geisser *Part. 1. num. 179.* Cum Suar. Gobat, aliisque. Et idem dicit P. Kazenperger *in supplem. ad Theol. Decal. cap. 3. num. 120.* Fundamentum sumitur inde: quia casus Papales, dum sunt occulti, aut dum est impedimentum adeundi Pontificem, fiunt reservati Episcopo, ex Jure Conc. Trident. Item ex Canonibus citandis *num. 84.* At respectu Religiosorum Prælati sunt eorum Episcopi hac in parte: ergo. a)

37. Signanter verò ad absolutionem à casibus in Religione reservatis, non sufficit quòd aliquis sit deputatus pro ordinario Confessario Religiosorum Conventûs sui;

a) Unde videtur sibi contradicere P. Anton. à S. Spir. dum *Lib. cit. num.* 30. dicit: non requiri specialem deputationem ut Confessarii a Prælatis approbati possint suos Religiosos absolvere à Casibus Papalibus etiam Bullæ Cœnæ.

ſed debet ſpecialis obtineri facultas à Prælato. Lezana *Tom. 3. Tit. Confeſſ. num. 19.* Mellech. *Lib. cit.* Rodriq. *Reſol. 3. num. 31.* Reiffenſt. *Lib. 5. Tit. 39. num. 264.* & alii. Quia alioquin vana fieret reſervatio, & purum nomen ſine nervo, ùt patet.

38. Et licèt aliqua Privilegia videantur directè Confeſſariis Regularibus concedere facultatem abſolvendi ab omnibus caſibus (paucis exceptis) etiam Papalibus, & quoscunque fideles: ea tamen intelligenda dependenter à licentia Prælatorum, prout quoad omnia ejusmodi indulta declaravit CLEMENS VIII. Annô Domini 1599, Bullâ: *Romani Pontificis*, hiſce verbis: *Noſtræ intentionis exiſtere, quòd iidem Fratres & Moniales, quantum ad Sacramenti Pœnitentiæ adminiſtrationem diſpoſitioni ſuorum Prælatorum ſubjecti ſint, Apoſtolica Auctoritate tenore præſentium perpetuò declaramus.* Ut

refert

refert P. Sporer *num. 683.* Item citat. Bordon. *Tom. 2. Res. 4. n. 3.* Ex Quaranta *V. Confessor. pagin. 523.* Et ita teste P. Anton. à S. Spir. *Lib. cit. num. 6.* viguit semper omnium Religionum consuetudo, quæ est optima Legum interpres.

39. Unde in praxi quoad Confessiones Regularium hæc observanda sunt. 1*mò.* Religiosi subditi in Cœnobio commorantes debent confiteri alicui ex Confessariis ordinariis pro Conventu per Prælatum deputatis, ídque sub nullitate, ita quòd confessio & illicita & invalida sit, si absque licentia superioris fiat alteri non deputato. Noster Mallech. *Part. 2. ad Constit. 4. Gregorii XI. num. 55.* cum Suar. & Lezana. Item Sporer *num. 683.* PP. Sanct. Gallen. *Tom. 10. Tr. 1. q. 5. Dub. 1. pag. 223.* cum Sylvest. Rodriq. Laym. Anton. à S. Spir. *Lib. cit. num. 4.* Et DD. communiter. Quia alter non de-

putatus caret Jurisdictione ad absolvendum Religiosum.

40. Et in Nostra Religione per Legem Capituli Generalis Annô Domini 1663. id ipsum constitutum est, & habetur in Directorio Ordinis *Part. 3. Cap. 14.* His verbis: *Alteri præter approbatos à superiore sine ejus expressa licentia, confiteri nec licet. nec valet.* Idque servandum etiam ab Hospitibus, seu advenis nostræ professionis. Ut dictat Lex Articularis Provinciæ nostræ, condita Annô Domini 1717.

41. Limitat tamen P. Mallech. *Lib. cit.* hasce leges ad Confessionem mortalium nondum ritè confessorum. Idem dicit Anton. à S. Spir. *Lib. cit. num. 24.* cum Diana, Suar. Lezana, &c. Quia pro venialibus validè absolvendis sufficit Jurisdictio universalis, omni Sacerdoti communis: quamvis illicitus esset ejus usus, si lege aliqua per Superiorem prohibeatur.

Item

Item limitandæ ſunt ad eos qui profeſſi ſunt. Nam Novitii poſſunt validè confiteri & abſolvi, etiam ab alio extra Religionem, approbato tamen ab Epiſcopo. Anton. à S. Spir. *Lib. cit. num. 10.* cum Molfeſio, Rodriq. Portel. Diana, & aliis, contra Bordon. Excipiendi præterea à memoratis legibus ſunt caſus illi, in quibus Religioſis conceditur electio Confeſſarii, de qua alibi.

Cenſeo etiam limitandum ad hoſpites in gradu inferiore officiô Priorali conſtitutos. Nam ſi Prior cujuſdam Conventûs ut hoſpes adſit in alio Conventu; non ligatur ante memoratâ lege. Poteſt enim dare ſuo ſubdito facultatem confitendi cui voluerit, etiam in alieno Conventu, cùm in ſuos habeat poteſtatem quaſi Epiſcopalem. Ut rectè docent Lezana *Tom. 1. cap. 18. num. 27.* Diana *Tom. 3. Tr. de Dub. Regul. Reſol. 2.* aliique. Ergo idem poteſt ſecum, prout

etiam

etiam pleniùs tuetur Bordon. *Resol. 34. num. 28. & 33.* cum Sanch. Boſſio, Rodriq. & communi. Item Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Diſp. 2. num. 22.* Et P. Mallech. *pag. 401. num. 8.*

Id proportionatè etiam admittendum puto gaudentibus perſonatu altiore, vi cujus exempti ſunt à Juriſdictione Prioris, & pertinent ad Dicaſterium Generale vel Provinciale. Licèt enim vi officii illi ſoli Superiores qui poſſunt inſtituere Confeſſarios, poſſint etiam ſeipſos licentiare ad confitendum cui malint, ſeu ad eligendum Confeſſarium; ùt tradit Bordon. *Lib. cit. num. 34.* Nihilominus præfati gaudentes perſonatu, cenſentur habere à ſuis Prælatis, Generali vel Provinciali facultatem confitendi, cui maluerint ex Patribus Conventualibus aliàs approbatis. Quia cùm ſubſint immediatè P. Generali aut Provinciali, non videntur adſtringi limitatione Priorali ad

Con-

Confessarios per eum designatos. Accedit, quòd in sacris Ordinis nostri Constitutionibus *Part. 3. cap. 23. num. 2.* Præscripta subjectio Fratrum hospitum, non stringat personatu altiore, de quo supra, gaudentes.

42. Secundò Observandum, quòd dum nostri sunt *extra Conventum constituti duo vel plures, non alteri quàm suæ professionis Sacerdoti confiteri sunt obligati, sub nullitate confessionis. Si verò unus solus sit talis, is à superiore censetur habere facultatem confitendi Regularibus aliis, vel in eorum absentia alteri ab Ordinario approbato.* Ita lex nostra inserta Directorio Ordinis *Part. 1. cap. 19.* Imò sic statuisse BENEDICTUM PAPAM XI. habetur in Extravag. *Cum inter cunctas. Tit. de Privilegiis*, & esse communem Doctorum sententiam testatur cit. P. Anton. *n. 5.* Adjungit autem citata lex nostra exceptionem pro casu fraudis, videli-

delicet, dummodo quis non differat confessionem, animo exterius confitendi: & talem ab usum facultatis inhibet, sub nullitate Confessionis.

43. Id verò quod in allegata Ordinis Nostri Lege ponitur, quòd in absentia aliorum quoque Regularium possit noster Religiosus confiteri alteri approbato, significat quidem præeligendum esse (dùm haberi potest) alterius Ordinis Regularem præ Sacerdote Sæculari pro Confessario: attamen Censeo id tantùm esse consilii non præcepti: minimè verò id imponi sub nullitate confessionis, cùm id lex non adjungat, ùt in casu anteriore, dum habetur suæ professionis Sacerdos.

44. Unde passim DD. simpliciter ponunt hujusmodi disjunctivam, quòd Religiosus de licentia Superioris extra Conventum existens, & non habens alium proprii Ordinis Sacerdotem, censeatur habere licen-

licentiam (saltèm tacitam) ut confiteatur Sacerdoti alteri, seu Regulari alterius Ordinis, seu sæculari. Ita Sporer *num. 685.* Portel, Bordon. Joan. à Cruce aliique, quos citat & sequitur Anton. à S. Spir. *Lib. cit. num. 12.* Item La Cr. *Lib. 6. Part. 2. num. 1524.* Reiff. *Lib. 5. Tit. 39. num. 262.* cum Laym. Imò Bordon. *Tom. 2. Res. 34. Num. 7.* probat, quòd ejusmodi Religiosus extra Claustrum degens habeat immediatè à summo Pontifice facultatem eligendi sibi Confessarium, attamen idoneum. Ita enim expreßè concessit Innocentius VIII. Dominicanis. Constit. *Provenit*, apud Confect. *fol. 3.* Et Sixtus IV. Franciscanis apud eundem Confect. & refert idem Bordon. *num. 2.* Reiffen. *Lib. 5. Tit. 39. num. 261.*

45. Hinc etiam comunior Doctrina est, quòd in dicto casu possit Religiosus sibi in Confessorem eligere etiam simplicem Sacerdotem

ab

ab Episcopo non approbatum, dumodò idoneum. La Cr. *Lib. cit.* cum Suar. Tambur. Sporer, Burghaber. Item Bordon *Lib. c. n. 1.* Anton. *cit. num. 12.* aliique. Et ratio est: quia pro audiendis Confessionibus Religiosorum non requiritur in Confessario approbatio Episcopi, ùt jam ostensum *num. 10.* Licentia autem Prælati; imò & summi Pontificis habetur ex ante dictis.

46. Sed cùm in supra adducta Lege Ordinis Nostri facultas assumendi Confessarium restringatur ad approbatum ab Ordinario, idcircò Religiosi nostri præjactam sententiam (satis alioquin tutam) practicare non possunt, nisi solùm in casu, si non adsit aliquis ab Ordinario approbatus, nec alterius Ordinis Sacerdos. Quia per Privilegium Generale non derogatur particularibus statutis. Reiffenst. *Lib. 15. ad Tit. 39. num. 260.* Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Disp. 2. n. 7. &c.*

Ter-

47. Tertiò Obſervandum quoad caſus reſervatos Papæ, aut proprio Prælato, quòd ſi ejusmodi caſum adferat Religioſus pœnitens, non poſſit abſolutionem impertiri ordinarius Monaſterii Confeſſarius, ſed debet ſpecialiter pro facultate recurrere ad Prælatum, niſi aliàs ad ipſos reſervatos caſus obtinuiſſet poteſtatem; Patet ex dictis *ſupra num. 36. & 37.* Unde attendendus eſt tenor conceſſionis Prælati. Nam ſi præcisè aliquem deputet pro ordinario Conventûs Confeſſario, non per hoc dat poteſtatem in reſervata. Si verò dicat: *do Tibi poteſtatem abſolvendi à caſibus mihi reſervatis*, non videtur concedere facultatem ad caſus Papales, ùt ait Bordon. *Tom. 2. Reſ. 39. num. 59.* cum Graſſio, aut ſaltèm dubium eſt. Sporer *num. 743.* Imò etiam ſi generaliter dicat: *do facultatem à caſibus reſervatis*, non cenſetur poteſtatem dare ad caſus Papales,

ſaltèm in illis Religionibus, ubi prætereà habentur alii caſus intra Religionem reſervati. Anton. à S. Spir. *Lib. cit. num. 1.* cum Suar. Fragoſo. Item Bordon. *Lib. cit. &c.* Quia caſus Papales ſunt ſpecialis & altioris reſervationis: ideóque non veniunt ſub generali conceſſione.

48. Ad hujusmodi ergo caſus requiritur expreſſa ſine ambiguitate conceſſio, ſive tandem ſpeciali, ſive generali verborum forma illi tamen æquivalente fiat. Ut ſi dicat Prælatus: *do tibi poteſtatem absſolvendi ab omnibus, à quibus ego poſſum.* Tunc enim cenſetur etiam concedere facultatem ad caſus Papales. Sporer *Lib. cit.* Et hoc videtur ſentire P. Felix Poteſtas *Tom. 1. num. 3430.* dum ait: Quòd ad caſus PAPÆ reſervatos non ſufficit ſimplex approbatio etiam apud Regulares, ſed requiritur ulterius generalis aut ſpecialis Deputatio ad illos, aut ùt dici ſolet *ſpecificè generica.*

Si

49. Si porrò Prælatus Confessario Regularium casûs alicujus facultatem petenti dare noluerit, potest nihilominùs *illa vice* (ùt loquitur Pontifex) absolvere pœnitentem Regularem, etiam non obtenta ejùs superioris facultate. Ita declaravit, & concessit CLEMENS VIII. Annô Domini 1593. relatus apud Mallech. *pag. 534.* in additione ad Bullam. Lezana *Tom. 1. cap. 18. num. 29.* Anton. à S. Spir. *Lib. cit. num. 75.* P. Felix Potestas *Tom. 1. num. 3302.*

Et hoc aliqui cum Bordon. *To. 2. Resol. 39. num. 5.* intelligunt non tantùm pro una vice, sed pro quavis simili vice, adeoque toties quoties denegaretur petita facultas. Quod probabile censet etiam citat. Anton. *num. 76.* At benè id rejicit Noster Mallech. *Part. 4. ad Constit. 1. Clementis VIII. num. 195.* cum Naldo, & Lezana.

Quomodò autem possint Confessarii, etiam præter concessionem

ſpecialem Prælati, abſolvere à r ſervatis, dum Religioſi pœnitentes poſſunt ex Privilegiis ſibi el gere Confeſſarium ſemel in anno aut certis feſtivitatibus, &c. Videndum, ubi de hac facultate eligendi. Et conſuli poteſt cit. Anton. *Tr. 2. Diſp. 2. num. 35.* Item Mallechich *pag. 400. num. 8. & ſeqq.*

CAPUT IV.

Privilegium Quartum.

Quoad abſolutionem Sæcularium à caſibus Summo Pontifici reſervatis.

THESIS SYNOPTICA.

50. CONfeſſarii Regulares à Prælatis ſuis deputati poſſunt pœnitentes Sæculares, tum Clericos, tum Laicos, abſolvere. 1*mò*. Ab omnibus caſibus PAPÆ reſervatis extra Bullam Cœnæ. 2*dò*. Etiam à ſex caſibus aliàs per CLEMENTEM VIII. exceptis, *quatenus non continen-*

tinentur in Bulla Cænæ, & extra Italiam. *3tiò.* Idque intra Sacramentum Pœnitentiæ. *4tò.* Et pro foro Conscientiæ tantùm. *5tò.* Et dummodò casus non sint deducti ad forum contentiosum. *6tò.* Non possunt autem à casibus Bullæ Cœnæ verè talibus, etiam occultis, ex vi Privilegiorum suorum. *7mò.* Minùs ab hæresi formali, certa & externa. *8vò.* Exceptô articulô mortis. *9nò.* Et casu magnæ necessitatis, ac impedimenti diuturni adeundi Pontifices.

51. Antequam verò procedamus ad singillatim probanda in Thesi exposita, videndum est qualis deputatio & quibus necessaria sit ad usum memorati Privilegii? Nam in quibusdam Bullis aut Constitutionibus Pontificum datur ea facultas directè solùm P. Generali, & tum ab eodem deputandis. In aliis verò Bullis conceditur etiam Provincialibus, & Superioribus localibus. In quibusdam demum,

generaliori terminô tribuitur Confessariis, ùt in Privilegio PAULI III. infra adducendo, quod concessum est Societati JESU, &c. Hinc P. Joan. à Cruce *Lib. 1. cap. 6. Dub. 12.* Item Palaus, Corduba & Rodriq. quos refert, & laudat Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Disp. 2. num. 48.* Dicunt in similibus concessionibus, etiam dum Privilegia postulant, quòd Confessarius sit à Prælato deputatus, sufficere quòd sit de Confessariis ordinariè deputatis. Rationem afferunt: quia nempe Privilegia ista debent intelligi quòd aliquid concedant, potestatem videlicet in reservata: at nihil concederent, si requireretur specialis commissio Prælati; tunc enim non vi Privilegii, sed ex delegatione Prælati fieret absolutio, &c.

52. Nihilominùs relinquendo huic opinioni suam probabilitatem, securior est sententia, quæ dicit requiri specialem deputationem, aut Generalem specialiter datam ad

casus

casus reservatos. a) Ita P. Sporer *in Theol. Sacram. Part. 3. cap. 6. num. 738.* Gobat, *Tr. 7. num. 633.* Et idem sentire videntur illi, qui dicunt non præcisè Confessarios, sed addunt *deputatos* à superioribus posse iis facultatibus uti: inter quos Noster Mallech. *Part. 2. ad Constit. Clementis VIII. num. 11. &c.*

Estque id conformius menti Summorum Pontificum, magísque consentaneum rationi. Etenim Pontifices passim in suis Bullis dum Confessariis Regularibus illas tribuunt speciales facultates, addere solent: *à Generali vel Provinciali pro tempore eligendis*, ut videre est in Bulla Innocentii VIII. Ordini Nostro concessa, & in Privilegio Eugenii IV. inserto Mari Ma-

a) Tales, quibus stabiliter quædam generalis facultas in casus reservatos conceditur, nominari solent, non simplices Confessarii, sed Pœnitentiarii, ut habet Bordo *Tom. 2. Res. 39. num. 66.* ubi plura de iis.

gno Carmelitarum *num. 15.* Item in Privilegio S. Pii V. *num. 194.* adducendo, &c. Non igitur Confessariis indiscriminatim.

53. Et id ipsum congruit rationi. Nam non omnes Regulares Confessarii sunt æquè sufficientes ad graviores casus discernendos, ad pariter consulendum bono spirituali pœnitentis, ad avertendum subortum fortasse ex casu aliquo scandalum, aut imminens grave nocumentum Communitati, vel tertio; ad dijudicandam causam justam in dispensationibus, &c. Meritò igitur in his habendus delectus, ut potestatis usus concedatur, viris magis doctis & piis. Ideo in simili materia S. Pius V. concessit, ut Confessarii Ordinis S. Francisci possint, *NB. Si sint viri docti, ex commissione Provincialis dispensare* ad petendum debitum cum incæstuosis, &c. Ut refert Reiffenst. Vide infra *num. 194. in Ap-*

Append. ad Lib. 4. Decretal. num. 571. ex Sanch. & Sorbo.

54 Prætereà plures Religiones providè restrinxerunt dictorum Privilegiorum usum. Ita de Soc. JESU testatur P. la Cr. *Lib. 6. part. 2. num. 1575.* quòd ejus Religionis Patres non possint uti dictis Privilegiis, nisi quatenùs fuerint illis à P. Generali communicata. Item in Ordine S. Francisci ea est limitatio facta, ut potestate absolvendi à reservatis Papæ, uti tantùm possint Confessarii Conventuum ad hoc specialiter deputati à Provinciali. Teste P. Sporer *Lib. cit. num. 738.* In nostris Constitutionibus *Part. 3. cap. 14. num. 5.* Præcipitur Confessariis, ut à casibus reservatis non absolvant, nisi priùs obtenta facultate à Superiore illo, cui erunt reservati. Sícque videntur supponere non hoc ipso, quòd quispiam obtineat munus Confessarii, possit absolvere

 à re-

à reſervatis, ſed debere ſpecialiter eam peti facultatem.

55. Prælati tamen non ſolùm Provinciales ſed etiam locales, ſine particulari deputatione, gaudent facultate abſolvendi à caſibus Papalibus (non ſpecialiter exceptis) etiam reſpectu ſæcularium. Sporer *num. 738.* Bordon. *Tom. 2. Reſ. 3. num. 17.* Et ampliùs Reſol. *28. num. 54.* Atque à fortiori illi qui etiam ſimplicibus Confeſſariis id concedunt. Ratio peculiaris eſt: quia Priores, Guardiani, & hujusmodi Superiores Locales ex jure communi veniunt nomine Abbatis aut Prælati, ùt dicit Gloſſa *in Cap. Abbates. Tit. de Privileg. in 6.* & alii. Unde docet Bordon. *citata Reſ. 28. num. 54.* cum Rodriq. *Tom. 1. q. 17. art. 4.* quòd Prior ex vi Privilegiorum tantam facultatem habet, quam Provincialis. Niſi à Prælato majori limitata ſit. Item P. Viva, *in Trutina Theol. ad Propoſ. 4.*

ab

ab Alexandro VII. confixam, n. 6. poſtquam de ſua Sacra Religione dixiſſet: In Societate cenſeri reſervatum Prælato Majori, quod non eſt ſpecialiter conceſſum. Subjungit: In aliis Religionibus cenſetur conceſſum, quod non eſt ſpecialiter reſervatum.

56. Jam verò in Noſtra Proto-Eremitica Religione Paulina hactenùs non eſt reſtricta Prælatis inferioribus ea facultas. Licet enim in Conſtitutionibus *Part. 3. cap. 2. num. 2.* Facultates variæ Authoritati P. Generalis applicentur, ſed quodammodò præciſivè, non privativè ſeu excluſivè ad alios Prælatos; quin poſſint tutò uti multis aliis Privilegiis, viâ communicationis habitis, & Prioribus tum Provincialibus tum localibus conceſſis.

Imò Provincialibus admittunt Sacræ Ordinis Conſtitutiones, *eadem Part. 3. cap. 5. num. 1.* illis verbis: Poteſtas abſolutionis à pec-

catis,

catis, & diſpenſationis à Cenſuris, ei convenit per viam communicationis cum PP. Carthuſianis, juxta tenorem Bullarum, &c. De Prioribus videtur id ipſum inſinuari, *eadem Part. 3. cap. 9. in principio*, ubi dicitur: *ad ipſos pertinet ſcire clarè & plenè, quænam Privilegia, & poteſtatem habeat Ordo noſter; præſertim in abſolutionibus & diſpenſationibus.* Id autem utique in finem utendi illis, vel per ſe, vel per alios deputandos. Hìc etiam notandum, quòd in hujusmodi materia ſuperior id poſſit circa ſe, quod circa alios. Ex *Cap. fin.* Tit. *de Pœnit. & Remiſſ.* & ex communi docet Hertzig *in Man. Conf. Part. 1. num. 165.* Unde poteſt ſuperior ſibi eligere ſeu deputare Confeſſarium, per quem à reſervatis abſolvatur.

57. Suppriores autem (regulariter loquendo) non gaudent ampla ejusmodi juriſdictione. Benè verò dum Priori mortuo, vel amoto,

to, vel ſuſpenſo, vel longiùs abſenti ſubſtituuntur, & locô illius tanquam Vicarii Cœnobio præficiuntur per legem aut ſtatutum, vel etiam Majoris Prælati ordinationem. Quia tunc obtinent jurisdictionem ordinariam, ac illi, quorum officia gerunt. Anton. à S. Spir. *Tr. 4. Diſp. 5. num. 79.* cum Bordono, Molina, & Portel. Ità etiam Joan. à SS. Sacram. *in ſuo Priore Clauſtrali Part. 3. n. 1. & 5.* Imò id extendit idem Anton. ad caſum, dum Prior per unam diem naturalem abeſt à Conventu, niſi alium Vicarium inſtituiſſet. Et pro eadem ſententia refert Peyrinum, Belaſium, Sanchecz, Pontium, Rodriq. &c. Favet etiam Lezana *Tom. 2. cap. 13. num. 41.* Quia non debet cenſeri tunc eſſe Monaſterium ſine capite, ſuccedit ergo Supprior in jurisdictionem neceſſariam. Expreſſiùs P. Joan. à SS. Sacram. *Lib. cit. n. 385.* docet cum Naldo, Peyrin.

Pelli-

Pellizar. & Miranda, requiri
ſufficere tempus abſentiæ 24. h
rarum ſeu unius diei naturalis,
Supprior locô abſentis Prioris o
tineat jurisdictionem ordinariam.
Non autem ſufficere tempu
breve: quia *non dicitur abeſſe, q.*
brevi eſt reverſurus. Ex *L. D*
vortium 3. ff. de Divort. Quoa
noſtram Religionem dicit P. Ma
lech. *pag. 562. num. 149.* Nu
quam fuiſſe in uſu, quòd Supprio
in abſentia Prioris habuiſſet facu
tatem abſolvendi à reſervatis. Lo
quitur autem de reſervatis intr
Religionem per Ordinis Prælato

58. His prælibatis, prima pars The
ſis, quòd Confeſſarii Regulare
poſſint pœnitentes ſæculares ab
ſolvere à caſibus Papæ reſervati
extra Bullam Cœnæ. Quam do
cent Joan. à Cruce, Sorbus, Po
tel, Miranda, Suar. Palaus, Le
zana cit. apud Anton. à S. Spi
Tr. 2. Diſp. 3. num. 31. Item
Bordon. *Tom. 2. Reſ. 6. num. 10*
&

& Sbogar. *Tr. 140. num. 50.* Item Reiffenst. *in Lib. 5. Decretal. Tit. 7. num. 430.* cum Herinx & Sannig. Item Noster Mallech. *Part. 2. ad Constit. Clementis VII. num. 7.* & DD. communiter.

Probatur ex variis Privilegiis, quæ diversis Ordinibus concessa sunt: Ita enim EUGENIUS IV. Confessariis Ordinis S. Benedicti concessit facultatem absolvendi ab omnibus peccatis & Censuris, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, exceptis iis, propter quæ Sedes Apostolica foret consulenda. Ut habet Confectius *pag. 38.* & allegat Bordon. *cit. Res. 6. num. 8.*

Simile Privilegium concessit Confessariis Ordinis Prædicatorum SIXTUS IV. ut ex Rodriq. *Tom. 1. q. 61. art. 3.* refert idem Bordon. *num. 36.*

Item simile concessit Confessariis nostri Ordinis Paulini CLEMENS VII. Annô Domini 1534. quod per

per extensum adducit P. Mallech. *in Quadrip. Part. 2. fol. 248.*

59. Præterea Confessariis Societatis JESU, & consequenter aliis Communicationem habentibus, PAULUS III. Annô Domini 1545. per Bullam: *Cùm inter cunctas*, amplum itidem Privilegium concessit, hoc verborum tenore: *Nec non illis ex vobis, qui Presbyteri fuerint quorumcunque utriusque sexûs Christi fidelium ad vos undecunque accedentium, Confessiones audiendi, & Confessionibus diligenter auditis, ipsos ab omnibus & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcunque gravibus & enormibus, etiam Sedi Apostolicæ reservatis, & à quibusvis ex ipsis casibus resultantibus sententiis, Censuris & pœnis Ecclesiasticis (exceptis contentis in Bulla Cœnæ) absolvendi, ac eis pro commissis pœnitentiam, salutarem injungendi, plenam ac liberam facultatem* con-

concedimus. Ut habetur in Bullario P. Rodriquez. *Tom. 2. pag. 370.* Et apud Cassarub. *in Compend. Privileg. Mendic. pag. 545.* ac referunt Lezana *Tom. 3. V. Confessarius num. 12.* P. Felix Potestas *Tom. 1. 3459.* Reiffenst. *Lib. 5. Tit. 7. num. 430. &c.* Compend. Privil. Soc. JESU, *V. absolutio §. 1.* in Editione Antverpiensi de Annô 1635. Neque censeri debet, quòd ejusmodi Privilegia derogent juri Pontificio: quia per illa non tollitur reservatio, sed eâ perseverante committitur facultas absolvendi: ùt sapienter notat Reverendissimus Abbas Christoph. Rossler *Tr. de Pœnit. cap. 7. §. 29.*

60. Ne verò cuipiam dubium aut scrupulus remaneat, an non prædictæ facultates sublatæ & cassatæ sint, per Pontifices posteriores; ac signanter per duo illa quoad præsentem materiam præcipua Decreta revocatoria, mandatô Clementis Papæ VIII. per S. Congre-

gationem Cardinalium, negotiis Episcoporum & Regularium præpositam, edita? Juverit ipsorum Decretorum tenorem in substantia referre.

Primum itaque Decretum CLEMENTIS VIII. per dictam S. Congregationem editum Annô Domini 1601. die 9. Januarii, sub gravissimis pœnis prohibet omnibus Confessariis tam sæcularibus, quàm Regularibus, *per Universam Italiam, extra Urbem* ne quis sub prætextu Privilegiorum audeat absolvere ab ullo ex casibus clarè *vel dubiè* in Bulla Cœnæ Domini contentis, vel aliàs *quomodocunque Sedi Apostolicæ reservatis*. Nec etiam à Casibus *quos Ordinarii Locorum sibi reservarunt, &c.* Ita refert Lezana *Tom. 1. cap. 19. num. 15.* Confectius *in summario Tit. 17. cap. 6. Pag. 425.* Quaranta, *Verbô: casus reserv.* P. Potestas *Tom. 1. num. 3471.*

Se-

62. Secundum Decretum prioris moderativum, ejusdem CLEMENTIS VIII. jussu à S. Congreg. editum est Annô seq. 1602. die 26. Novembris quô illud præcedens *Decretum ità moderatur & declarat, videlicet, sub ejusdem prohibitione illos tantùm in posterum comprehendi casus qui in Bulla, die Cœnæ Domini legi consueta continentur. Præterea* 1. *Violationis Immunitatis Ecclesiarum, in terminis Constitutionis Fel. record. Gregor. XIV. quæ incipit: Cùm aliàs.* a) 2. *Violationis Clausuræ Monialium ad malum finem.* 3. *Provocantium & pugnantium in duello, juxta Decretum Sacri Concilii Tridentini, & Constitutionem fel. record. Gregor. XIII. incipientem: Ad tollendam.* 4. *Injicientium manus violentas in Clericos,*

E 2 *jux-*

a) Id est circa confugientes ad Ecclesias seu de jure Asyli. Quam per extensum refert P. Reiff. in Lib. 3. Decr. Tit. 45. n. 19. Pichler ad Tit. 49.

juxta Canonem: *si quis suadente Diabolo.* c. 17. q. 4. ac juris dispositionem. 5. *Simoniæ realis scienter contractæ.* 6. *Atque etiam confidentiæ beneficialis.* Item omnes casus, quos Ordinarii locorum sibi reservârunt, vel in posterum reservabunt. In quibus omnibus jam enumeratis casibus duntaxat, & sublatâ etiam pœnâ inhabilitatis audiendi Confessiones, eadem Sacra Congregatio vult & mandat dictum Decretum in sua firmitate & pristino robore permanere. Ac præterea declarat, eos quidem Sacerdotes, tam sæculares quàm Regulares, qui aliquò ex Privilegiis, indultis & facultatibus in supra dicto Decreto expressis, suffulti fuerint, posse juxta eorum Privilegia, indulta & facultates, usu ante idem Decretum receptas, & quæ sub aliis revocationibus non comprehenduntur, tantùm, & non aliàs absolvere à casibus in præsenti declaratione non com-

comprehensis. Referunt hoc Decretum citati Confect. Quaranta, Lezana, Potestas. In substantia etiam Bordon. *Tom. 2. Res. 6. num. 9.*

62. Ex his igitur patet, quòd cùm primùm illud Decretum expressè suam prohibitionem extendat tantùm *per universam Italiam* & *extra Urbem*, & consequenter etiam Decretum alterum illius declarativum, non tollat facultatem utendi Privilegiis extra Italiam & in Urbe Roma, adeóque per Galliam, Germaniam, Hungariam, Nostrúmque Illyrium, possunt Confessarii Regulares absolvere à casibus Papalibus, prout in Thesi expressimus. Et manent eatenùs Privilegia *num. 58. & 59.* adducta in suo robore. Lezana *cit. cap. 19. num. 16.* Potestas *num. 3474. & seq.* Bordon. *Lib. cit. num. 12. & 13.* P. Georg. Geisser *Part. 1. num. 187.* & alii. Decretum enim interpretans intelligendum est secundùm terminos in-

interpretati: Bordon. *Ref.* 6. *num.* 10. ex Sanch. & Navarro. Idipsum declaravit supra memorata S. Congreg. Cardinalium, approbante URBANO PAPA VIII. Annô 1628. cujus Decretum referemus infra *num.* 71. An autem absolvere possint ab iis casibus, si publici sint? Vide dicenda, *num.* 133.

63. Secunda pars Thesis, quòd absolvere possint extra Italiam, etiam à 6. Casibus, aliàs per CLEMENTEM VIII. exceptis, sequitur ex antedictis: cùm enim præcitata CLEMENTIS VIII. Decreta se tantùm extendant ad Italiam, hinc sex illi speciales casus in secundo Decreto, ùt supra adducti, manent solùm pro Italia excepti & extra Urbem. In aliis autem extra Italiam Regionibus retinent Privilegiati facultatem ab iisdem absolvendi. Quia exceptio firmat regulam in contrarium ùt habet receptum axioma, ex *Lib.* 12. *de Judic.* Et ita in re præsenti docent Lezana, Naldus,

dus, Sanchez, Merola, Delbene, quos citat & sequitur Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Disp. 3. num. 34.* Item P. Kazenperger *in supplem. Theologiæ Decalogalis c. 3. n. 111.* Petrus Passerin. *Tr. de statib. hominum q. 187. num. 443.* Reiffenst. *in 5. Decret. tit. 39. num. 256. cum Stoz, &c.*

64. Dixi autem in eadem secunda parte Thesis, posse absolvere à sex illis casibus, *quatenùs non continentur in Bulla Cœnæ.* Et ita possunt absolvere violatorem immunitatis Ecclesiasticæ localis, seu juris asyli, ut si quis violentè ex Ecclesia extrahat gaudentem asylô: licèt talis excommunicationem latæ sententiæ PAPÆ reservatam incurrat (ùt probat Noster Mallech. *Part. 2. ad Constit. 3. Greg. XI. num. 156.*) quia ejusmodi violatio non reservatur per Bullam Cœnæ.

65. At verò non possunt violatorem immunitatis Ecclesiasticæ Personalis, ut si quis personam Eccle-

ſiaſticam vel Conventum tanquam reum, trahat ad forum ſæculare, ſeu in cauſa Civili, ſeu in Criminali. Talis enim incurrit caſum Bullæ Cœnæ *§. 15.* comprehenſum. P. Poteſtas *Tom. 1. num. 727.* Lezana *Tom. 3. V. Clericus num. 19.* Similiter non poſſunt abſolvere violatores immunitatis realis, ut ſi bonis Eccleſiaſticis (ſive ſint Eccleſiis titulô fundationis aut dotis, ſive titulô hæreditatis aut legati aquiſita) imponantur à Magiſtratu ſæculari nova onera realia; *v. g.* exactiones, & tributa, &c. Ultra ea, cum quibus res tranſiit ad jus Eccleſiarum. Nam & talis violatio comprehenditur in Bulla Cœnæ *§. 15. 17. & 18.* Vide de his plura, apud cit. P. Poteſt. *n. 704. & ſeq.* Lezanam *Tom. 3. tit. Gabella.*

Noviſſimè Benedictus Papa XIV. Annô Domini 1741. Striſtiſſimè inhibuit, ne confeſſarius abſolvere audeat perſonam in pec-

cato

cato luxuriæ complicem, sub pœna excommunicationis PAPÆ reservata. Et derogavit omnibus Privilegiis, imò etiam indultis Jubilæi, quantùm ad potestatem absolvendi complicem. Quia tamen ibi nihil derogavit Privilegiis, quoad absolvendum à peccato præsumptionis, quô aliquis præsumeret absolvere complicem, & ab excommunicatione ob id incursâ: ideo Regulares vi Privilegiorum possunt à tali peccato præsumptionis, & annexa excommunicatione, tanquam Delegati Pontificii, absolutionem impertiri, licèt alioquin PAPA antefatus eam reservaverit Summo Pontifici.

66. Tertia pars Thesis, est indubia teste Sporer *num.* 744. & docet etiam P. Potest. *num.* 3460. & P. Georg. Geisser *Part.* 1. *de Privilegiis Benedictinis*, *num.* 190. cum Gobat, &c. Quòd nempe Privilegiati non possint uti facultate absolvendi à casibus reservatis quoad

quam sibi lis moveatur) & potest publicè versari cum hominibus, ac frequentare Sacramenta. Reiffenst. *Lib. 5. Decr. tit. 7. num. 349.* cum Pyrrhing, & Laym. Item Sporer, & Kresl. *Lib. cit.* Item Krimer apud la Cr. *Lib. 7. num. 154.* Et satis innuitur in supra cit. Bulla CLEM. X.

69. Quinta pars Thesis, quòd Privilegium Confessariorum Regularium non sit extendendum ad casus reservatos, jam deductos ad forum contentiosum. Fundatur in ea ratione: quia odiosa esset Prælatis Ecclesiæ, eorúmque jurisdictioni præjudiciosa absolutio collata alicui criminoso, cujus casus jam esset ad forum contentiosum, saltèm per citationem deductus. Unde in tali casu non habere locum Regularibus concessum Privilegium docet Sporer, & Kresl. *LL. cc.* Et P. Laym. *Lib. 1. Tr. 5. part. 1. cap. 7. num. 7.* inquit: cavere debent Regulares Privilegia-

giati, ne abſolvant à caſibus reſervatis & Cenſuris notoriis, ſi ad forum judiciale deductæ ſint, vel deducendæ probabiliter exiſtimentur; priùs enim Eccleſiæ ſatisfieri debet, &c. Unde licet oppoſitum defendat cum pluribus à ſe citatis P. Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Diſp. 3. num. 38.* Ea tamen opinio non eſt facilè ad praxim deducenda. Et Avila apud Gobat *Tr. 3. de Jubilæo C. 33. num. 252.* dicit, ejusmodi abſolutionem eſſe validam quidem, non tamen communiter licitam, propter offenſiones, quæ ſequi ſolent.

70. Id tamen ſatis probabile eſt, quòd etiamſi caſus publici ſint, nondum tamen ad forum contentioſum deducti, poſſunt ab iis Regulares abſolvere, in quantùm aliàs eisdem Privilegia concedunt. Ita tenent Sbogar. *Tr. 140. n. 50.* P. Kilian. Kazenperger *in ſupplem. ad Theol. Decalogalem Sporerii cap. 3. num. 111.* P. Moya *Tr. 3.*

de

de Pœnit. Disp. 8. q. 6. num. 18. Item cit. P. Anton. cum Sanch. Covarr. Rodriq. Diana, Vidal, &c. Item P. Poteſt. *Tom. 1. n. 3461.* Quia Privilegia ſupra citata, & nominatim illud Pauli III. facultatem concedunt abſolutè, ſine reſtrictione ad caſus occultos.

71. Sexta pars Theſis, quòd videlicet Regulares non poſſint vi ſuorum Privilegiorum abſolvere à caſibus Bullæ Cœnæ ſæculares, jam certa eſt. Nam per annuam dictæ Bullæ publicationem revocantur eatenùs, *§. 24. & 25.* quæcunque Privilegia & indulta, quibuscunque conceſſa, ſaltèm in ordine ad abſolutionem ſæcularium.

Præterea id declaravit Urbanus Papa VIII. ore S. Congregationis Cardinalium Annô 1628. editô Decretô hujus tenoris: *Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotiis & conſultationibus Epiſcoporum & Regularium præpoſita, cenſuit per confirmationes Privile-*

vilegiorum, quas Regulares à Sede Apostolica post Sacrum Concilium Tridentinum obtinuerunt, nequaquam revixisse Privilegia priùs ab eodem Concilio, ac deinde etiam ipsius Congregationis Decretis sublata, atque extincta, si quæ habebant, absolvendi à casibus Ordinario loci reservatis. Quemadmodùm nec indulta absolvendi à casibus contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini legi consuevit, utpote sublata per annuam ipsius Bullæ publicationem, vires & robur aquisivisse ex subsequentibus Privilegiorum confirmationibus; ac proinde Regulares cujusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & instituti etiam necessariò exprimendi, nec intra nec extra Italiam in vim Privilegiorum, aut confirmationum ejusmodi, quas vel hactenùs obtinuerunt, vel deinceps fortè obtinebunt, posse quemquam absolvere ab eisdem casibus in Bulla Cœnæ aut Ordinario loci reser-

vatis:

vatis: Ac si secùs fecerint, absolutiones nullas, atque irritas fuisse, ac fore. Ab aliis verò casibus & censuris Sedi Apostolicæ reservatis, siquidem Regulares habeant à Sede Apostolica absolvendi facultatem, illam extra Italiam sublatam minimè fuisse, iisdem Sacræ Congregationis Decretis hac de re editis, jussu Sanctæ memoriæ Clementis VIII. Quam Sacræ Congregationis sententiam Sanctitas sua ad se relatam approbavit, mandavitque ab omnibus, ad quos pertinet, inviolabiliter observari. Romæ 17. Novembr. 1628. F. A. Cardinalis S. Honuphrii L. ✠ S. P. Fagnanus Secr.

Extat hoc Decretum extensum apud P. Petrum Passerin. *de hominum statibus Q. 187. art. 1. num. 376.* Bordonum *Tom. 2. Resol. 6. num. 33.* Lezan. *Tom. 1. c. 19. num. 16.* Donatum *Part. 3. Tr. 11. q. 17. num. 6.* Unde notari potest, quòd defactò casus

ob

ob quos Sedes Apostolica *specialiter* est consulenda, seu accedenda, sint omnes casus Bullæ Cœnæ.

72. Quòd autem prædicta annua revocatio, quæ fit per Bullam Cœnæ, se extendat etiam ad casus occultos (quamvis id ibidem non exprimatur, utì nec in præcitato Decreto URBANI VIII.) docet P. Moya *in Quæstionibus selectis Tr. 3. Disp. 8. q. 5. num. 5.* cum P. Cardenas. Item Kreſslinger *sup. cit. pag. 113. Addit. 5. Resp. 2.* cum communi. Item la Cr. *Lib. 6. Part. 2. num. 1622.* & P. Viva *in Trutina ad Prop. 4. Alexandri VII. num. 4.*

Idem generatim de omnibus casibus Bullæ Cœnæ, etsi non exprimant occultos, tradunt Bordon. *Tom. 2. Res. 6. num. 9. & 33.* Lezana *Tom. 1. cap. 19. uum. 16.* Reiffenst. *in 5. Decretal. Tit. 7. num. 427.* P. Poteſt. *Tom. 1. num. 3475.* Kazenp. sup. cit. *n. 110.*

Ratio est : quia Privilegia generatim & amplissimè revocantur quoad omnes casus, qui verè sunt Bullæ Cœnæ, atqui etiam occulti, sunt verè comprehensi in Bulla Cœnæ, ùt negari non potest, alioquin & simplex, non Privilegiatus Confessarius posset ab iis absolvere: ergo. *Nam ubi aliquid generaliter prohibetur, quod expressè non conceditur, intelligitur denegatum.* CLEMENT. *Exivit.* §. *Porrò. Tit. de Verb. signif.* Præcipuè dum in proprietate continetur sub eo, quod in genere prohibetur.

73. Accedit, quòd ALEXANDER PAPA VII. damnaverit hanc propositionem numerô quartam: *Prælati Regulares possunt in foro conscientiæ absolvere quoscunque sæculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter ipsam incursa.* Ideo verò reprobatur, quia quo ad eum casum tanquam in Bulla Cœnæ contentum revocata sunt Privilegia : ergo pariter tenen-

nendum de aliis Bullæ Cœnæ, licet occultis. Addi potest etiam condemnatio propositionis tertiæ ab ALEXANDRO VII. facta, de qua videri potest Pater Viva citátus.

74. Jam igitur non est satis tuta, neque sequenda sententia olim probabilis, quòd per Bullam Cœnæ tantùm derogetur Privilegiis quoad casus publicos, non occultos, quam docuerunt M. Vinc. Candidus, Peyrin, Bauni, aliíque apud P. Moya. *L. cit.* Item Anton. à S. Spir. *cit. supra num. 49.* cum Sanch. URBANO ab Asc. Crousers, Vidal, &c.

Ad id nihilominùs servire posset hæc sententia: quòd si quis eam censens probabilem, sequeretur, non incurreret excommunicationem dictæ Bullæ: quia ea pœna infligitur *præsumentibus* absolvere: at præsumens esset, qui absolveret sciens se absolvere non posse. P. Jac. Corella *Tr. 18. §. 1. num. 4.* & verbum præsumptio-

 nis

nis significat temeritatem excludentem omnem ignorantiam. Lezana *Tom. 1. c. 10. num. 33.* cum Cajet. & Navar. Et similiter ab ea censura excusaretur, qui absolveret ignorans esse casum Bullæ, tametsi ignorantia crassa: quia hæc licèt non excuset à peccato, excusat tamen à censura Lata in præsumentes, vel temerè contra facientes. La Cr. *Lib. 7. num. 96.* cum Navar. Covar. Sanch. & communi.

Dixi autem in Thesi, à casibus, qui *verè sunt* Bullæ Cœnæ. Nam non sunt propriè casus Bullæ Cœnæ peccata in eadem alioquin comprehensa, quando ab annexa excommunicatione excusat ignorantia inculpabilis. De qua vide dicenda *num. 135.* Idem si dubium sit, secundùm dicta numerô 32.

75. Septima pars Thesis, quòd minùs possint absolvere ab hæresi formali &c. liquet ex relata *supra num. 73.* damnatione oppositæ propositi-

positionis numerô quartæ. Et quia hæresis est præcipuus casus Bullæ Cœnæ, vel, ùt loquitur P. Viva *ad Prop. 4. num. 4.* habet strictiorem reservationem, quàm alii casus Bullæ Cœnæ: ac proinde minùs valent Privilegia ad absolvendum ab hæresi, quàm ab aliis.

76. Sub hæresi autem comprehenditur etiam Apostasia à fide Christiana, sive tandem ad Judaismum, sive Paganismum, Mahometismum aut Atheismum. Nam talis Apostasia perfidiæ, est simul vera hæresis. Ex S. Th. *2. 2. q. 12. art. 1.* Tolet. *Lib. 4. c. 6.* Lezana *Tom. 3. V. Bulla Cœnæ num. 8.* cum Sanch. &c. Unde expressè in primo casu Bullæ Cœnæ (claritatis causâ) ponuntur etiam Apostatæ à fide. Quibus subjunguntur Schismatici. Id tamen observandum, quòd licèt sub eodem §. 1. Bullæ Cœnæ ponatur casus hæresis, & legentium Libros hæreticos, est nihilominùs eorum casuum differen-

tia. Unde cui conceditur facultas abſolvendi à caſibus Bullæ Cœnæ, excepta hæreſi, is adhuc poteſt abſolvere à caſu lectionis Libri hæretici, quia in odioſis non fit extenſio, Bordon. *in Manuali Conſultorum Sect. 9. num. 67.* cum Lugo, Sanch. Diana.

77. Addidi porrò in eadem ſeptima parte Theſis: *ab hæreſi formali certa & externa.* Nam hæreſis purè materialis, vel purè interna, vel dubia, non eſt caſus reſervatus, ùt jam dixi *num. 32.* Similiter inter caſus Bullæ Cœnæ non comprehenduntur Magi, ſuperſtitioſi, blasphemi hæreticaliter, ſollicitantes in Confeſſione, &c. Dummodò non habeant errorem pertinacem in intellectu (qui requiritur ad formalem hæreſim) ſed credant omnia ab Eccleſia determinata, & solùm ob commodum temporale, vel ſenſualitatem, aut paſſionem illa crimina commiſerint: & conſequenter ab iis & aliis hujus-

hujusmodi casibus Sancti Officii absolvere possunt Regulares, saltem in iis locis, ubi non viget Officium S. Inquisitionis & satisfacta parte læsa. Ita Portel. Freitas, à Cunha, Trimarchus, Bossius, Trullench, Vidal. Quos refert & sequitur Anton. à S. Spir. *Lib. cit. num. 47.* Accedit P. Potest. *num. 3477.* cum P. Mendo.

78. Ubi autem Tribunal S. Inquisitionis habetur, eidem tales casus reservatos esse contendit Bordon. *Resol. 6. num. 20.* similiter si Episcopus specialiter aliquem ex iis reservet, facultas Regularium manebit impedita, nisi concessionem ab Ordinario obtineant. Vide dicenda *numerô 123.*

79. Octava pars Thesis, quòd exceptus sit Articulus mortis, ità, ut in eo possint absolvere à quibusvis peccatis, &c. Constat ex S. Concilio Tridentino *Sess. 14. cap. 7. De casuum reservatione.* Ubi dicitur: *piè admodum in Ecclesia*

DEI custoditum semper fuit, nulla sit reservatio in artic mortis, atque ideo omnes Sacerd tes, quoslibet pœnitentes, à qu busvis peccatis & censuris absolv re possunt. Hinc etiam Rituale Romanum PAULI V. in Rubr. Sacr. Pœnit. ait *in periculo mo tis - - cessat omnis reservatio.*

80. Unde observandum, quòd re præsenti articulus mortis n est accipiendus duntaxat in sen stricto, quatenùs significat eum hominis statum, in quo ei mo propinqua & moraliter certa es sed in sensu latiori, ut compr hendat etiam periculum morti ex quo nempe probabiliter & pr denter timetur mors secutura. *v. g.* si quis laboret febri malign aut aliô morbô valde periculos aut sit ingressurus prælium, v navigationem periculosam, &c. DD. communiter apud Dianan Layman, Gobat, Th. Tambur, & Id enim suadet pietas Matris E

cle-

clesiæ erga filios suos. Et præterea in Jure Canon. C. *Eos qui Tit. de sent. excom. in 6.* pro eodem sumitur articulus & periculum mortis.

Quia verò Pontifex in Bulla Cœnæ §. 21. statuit, quòd etiam in articulo mortis à casibus ibi contentis absolvi nullus per alium possit, *nisi cautione præstita, de stando mandatis Ecclesiæ, & satisfaciendo:* nempe parti læsæ in honore, fama, aut bonis. Hinc multi DD. tradunt, quòd ob periculum mortis absolutus à casibus reservatis, si postea evadat periculum & convalescat, non obligetur quidem se sistere Superiori pro absolutione: quia directè fuit absolutus, potestate Jure communi concessa. Nihilominùs si casus habuit simul annexam excommunicationem (utì habent omnes reservati Papales ex la Cr. *Lib. 6. Part. 2. num. 1614.* & aliis. Item Mezger. *Tr. 18. Disp. 49. art. 2.*

81.

num. 6:) talis adhuc maneat ob-
gatus se postmodum præsentare
Superiori illi, ut obedientiam
satisfactionem præstet, atque *in*
foro etiam externo absolvatur, &
pœnitentiam recipiat. Idque sub
pœna reincidentiæ in excommu-
nicationem ipsô factô. Ita Lay-
man. *Tr. de Pœnit. c. 12. n. 15.*
Th. Tambur. *in Meth. Confess. Lib.*
2. c. 7. §. 3. Babenst. *Tr. 8.*
Part. 6. Disp. 6. art. 4. num. 29.
P. Potest. *Tom. 1. num. 3355.*
Curdin. Lugo *Disp. 20. à num.*
215. & alii communiùs. Ita nam-
que habetur ex dispositione Juris
Canon. *cit. cap. eos, qui, de sent.*
excom. in sexto.

82. Alii tamen DD. satis probabi-
liter id limitant ad casum: si ex-
communicatio fuit deducta ad fo-
rum contentiosum. Ita Gobat
Tr. 7. num. 136. cum Rassler &
alii mox citandi. Secùs autem dum
quis absolvitur, etiam à simplici
Sacerdote in articulo mortis, sive
à pec-

à peccato, ſive à cenſura reſervata, eum non teneri ſe poſtea ſiſtere Superiori, docet P. Petr. Marchantius *in Tribunali Sacram. Tom. 1. tr. 2. tit. 4. q. 7. concl. 3.* Item Millardus *in ſumma Parochorum.* Item P. Gobat *Lib. cit.* cum Jordano, Texeda, & Diana. Eámque ſententiam probabiliſſimam dicit P. Sporer. *in Theol. Sacramentali Part. 3. c. 6. num. 726.* probabilem etiam fatetur la Cr. *Lib. 6. Part. 2. num. 1693.* & plures pro ea refert. Moventur ea ratione: Quia Tridentinum ſtatuit *nullam eſſe reſervationem* in articulo mortis, idque locô *ſup. cit.* ſubjungit etiam de cenſuris: atqui ſupereſſet, & operaretur adhuc reſervatio, ſi maneret illud onus ſe ſiſtendi: ergo dicendum, quòd maneat liber ab eo onere in foro conſcientiæ.

Canon autem *eos qui*, ſupra objectus, vel reſpicit forum tantùm externum vel eidem pro foro in-

interno derogatum eſt per clarum textum Concilii Tridentini.

83. Firmior autem hæc doctrina eſt pro caſu, quô quis à reſervatis peccatis vel cenſuris abſolvitur virtute Jubilæi, aut Bullæ cruciatæ, aut Privilegiorum Regularium, in quantùm nempe ſe illa extendunt. Taliter enim abſolutus, non tenetur pro foro conſcientiæ, etiam ratione cenſuræ, ſe ſiſtere Superiori. Quia ſic Privilegiatus ſtat locô Superioris, atque ſuppletur comparitio. Sed ſolùm manet obligatus ad ſatisfaciendum parti, ſi quam læſit la Cr. *Lib. cit. num. 1623.* P. Poteſt. *Tom. 1. n. 3356.* Sporer *cit. num. 726.* qui etiam laudat monitum P. Layman, quòd conſultiùs ſit in articulo mortis confiteri Privilegiato, utpote qui tanquam delegatus PAPÆ habet poteſtatem abſolvendi, ſine onere poſtea comparendi coram Superiore.

Nona

84. Nona demum pars Thesis, quâ excipitur casus magnæ necessitatis ac impedimenti adeundi Pontificem, & consequenter, quòd occurrente ejusmodi casu possint Regulares absolvere etiam à casibus Bullæ Cœnæ, fundatur in pluribus rationibus. 1*mò*. Quia specialitas illa reservationis Papalis in tali circumstantia cessat, & fiunt casus Episcopales seu permissi Episcopis, ex Jure communi *C. Mulieres 6. & C. de cætero 11. & C. ea noscitur 13. Tit. 39. de sent. excom. in Lib. 5. Decretal.* & docent Donat. *Tom. 1. part. 2. pag. 69. num. 11.* Asc. Tambur. *Tom. 1. pag. 62.* Bonac. *Tom. 3. Disp. 1. q. 22. pu. 2. num. 24.* Potest. *Tom. 2. n. 3347.* Card. Lugo *Disp. 20. de Pœnit. num. 218.* testans esse communissimam Doctorum. Et quamvis in citatis Juris textibus tantùm sit sermo de excommunicatione ob Clerici percussionem: quia tamen eadem ratio militat in aliis casibus,

bus,

bus, videlicet: *ne pro dilatione pœnitentiæ periculum immineat animarum*, ideo communis doctrina illam Juris diſpoſitionem tradit extendi etiam ad alias excommunicationes PAPÆ reſervatas. Teſte P. Viva *ad Prop. 3. ab Alex. VII. confixam num. 5.* & P. Sporer, *Lib. cit. num. 751.* Poteſt. *num. 3347.*

Jam verò à caſibus, qui tantùm Jure communi ſunt Epiſcopis reſervati, vel potiùs permiſſi, poſſunt abſolvere Confeſſarii Regulares deputati, ùt infra probabitur *num. 106.* adeóque etiam à Papalibus & Bullæ Cœnæ in præmiſſa circumſtantia neceſſitatis, & impedimenti.

85. Secunda ratio: quia illa verba, quibus CLEMENS VIII. in Decreto Annô 1601. edito, ſtatuerat, ut Regulares *in nullo caſu, etiam neceſſitatis & impedimenti* abſolvere præſumant à caſibus Bullæ Cœnæ, *poſtmodum* URBANUS VIII. in ſuo

De-

Decreto (quod *n. 71.* adduxi) omisit: & consequenter censetur tacitè indulsisse, ut in casu necessitatis & impedimenti, saltèm diuturni, absolvere possint. Prout etiam sentit P. Pichler *in 5. Decretal. tit. 38. num. 14. in fine.* Accedit, quòd impedimentum perpetuum in Jure comparetur periculo mortis in ordine ad absolutionem ab alio PAPA inferiore obtinendam. *Ex cap. eos qui tit. de sent. excom. in 6.* ùt cum gravissimis DD. tradit Reiff. *in 5. Decretal. tit. 7. num. 372.* & Pichler *Lib. cit.* Quia nempe periculum morale est, ne tali impedimento longo detentus, moriatur priusquam Pontificem adire possit.

86. Tertia ratio sumitur ex Concilio Trid. *sess. 14. c. 7.* ubi casuum reservationem faciendam dicit *in ædificationem, non in destructionem*, seu perniciem animarum: at cederet in perniciem, si etiam in casu necessitatis, *v. gr.* communi-

municandi, ſimúlque impedimenti adeundi Pontificem, ſtaret illa ſtricta reſervatio, quòd neque Privilegiati abſolvere poſſent: ergo meliùs ex benigna Matris Eccleſiæ mente, per rationabiliſſimam epikejam, in jure ſimul fundatam, dicendum: ceſſare in præmiſſa circumſtantia reſervationem Papalem, & ſubſiſtere Privilegiatorum poteſtatem ad abſolvendum. Atque ita docent Peyrinis, Pasqualig. Delbene, Leander à Murcia, Cyprian., Crouſers, quos refert Anton. à S. Spir. (licèt ipſe oppoſitum teneat) *Tr. 2. Diſp. 3. num. 50.* Accedunt Pichler *L. cit.* Item Sporer *cit. num. 751.*

87. Dixi porrò in præcitata nona parte Tſieſis, & poſui conjunctivè: *ſi ſit magna neceſſitas, & impedimentum diuturnum* adeundi Pontificem. Nam ſi præcisè ſit hacaſus urgentis neceſſitatis, ut habens caſum reſervatum debeat confeſſionem peragere ad vitandam

dam *v. g.* infamiam, aut aliud grave incommodum, sed non habeat impedimentum perpetuum, vel valdè diuturnum adeundi Pontificem, in tali circumstantia non favent adductæ rationes ad directam absolutionem à reservatis per Bullam Cœnæ. Ratio est: quia jura *num.* 84. allegata, & alia ejusmodi, solùm disponunt pro casibus impedimenti perpetui, aut valdè longi, non pro casu solius necessitatis & brevis impedimenti. *Præterea:* quia alioquin omnis ferè reservatio casuum Papalium redderetur inanis: frequentissimè enim urget aliqua necessitas, dum pœnitens Confessione jam cæptâ affert casum reservatum, & ex parte sua benè dispositus est, urget inquam ad obtinendam absolutionem, ne eâ denegatâ, vel notam apud alios incurrat, vel cum notabili mærore animi recedat, ùt tradunt Laym. *de Sacram. Pœnit. cap.* 12. *num.* 11. *in*

fine. Gobat *in Clyp. Clement. Judic. Part. 2. Decis. 2.* Sporer *Part. 3. Theol. Sacram. cap. 6. num. 761.* Atque adeò si sufficeret sola necessitas ùt supra, posset ferè semper dari absolutio directa, & tolli obligatio recurrendi ad Pontificem, aut ejus delegatum; quod non est dicendum.

88. In simili proinde occurrentia, dum pœnitens casu PAPÆ reservato gravatus habet justam necessitatem peragendæ Confessionis Sacramentalis, & impedimentum temporaneum seu breve adeundi Superiorem cui casus ille reservatur, tunc inferior Confessarius non potest directè absolvere ab illo: quia caret in eum Jurisdictione. Sola enim dicta necessitas non tollit reservationem, consequenter nec dat Confessario plenam Jurisdictionem, sed solùm licentiam absolvendi cum onere, ùt infra. Tanner *Tom. 4. Disp. 6. q. 7. Dub. 4. Laym. Lib. cit. num. 11.* Sporer

Lib.

Lib. tit. num. 753. & 755. Potestas *Tom. 1. num. 3359.* Card. Lugo *Disp. 20. de Pœn. num. 220.* & DD. communiter.

89. Licitum tamen est in ejusmodi occurrentia necessitatis impertiri absolutionem, quæ indirectè cadat etiam supra peccata reservata. Ut iterum DD. citati, & Bordon *Tom. 2. Res. 6. num. 14.* cum Suarez, Megala, &c. Item Viva *in Trut. ad Prop. 3. num. 7.* Elbel *de Pœnit. num. 372.* & alii communiter tradunt. Quia rationabiliter creditur id licentiare Superiorem, & necessitas facit licitum, quod aliàs est illicitum, ex C. *quod non est. Tit. de Regul. Jur.*

90. Quia verò indirecta absolutio in eo consistit, quòd peccatum remittatur ratione alterius peccati remmissi, per gratiam cum omni peccato incompossibilem, & non ratione sui ex vi sententiæ Sacerdotis, utpote non habentis in illud authoritatem: Hinc in occur-

rentia præmemorata advertat Confeſſarius. 1*mò.* Ut præter peccata reſervata pœnitens adjungat ſuæ Confeſſioni aliud quodpiam peccatum non reſervatum ſaltèm veniale, ratione cujus poſſit dari abſolutio. 2*dò.* Debet pœnitens moneri de onere, quod ſibi remanet, videlicet ut poſtea ſe præſentet Superiori, cui caſus fuit reſervatus (vel ejus delegato) petátque directam ab eo caſu abſolutionem, quia obligamur omne peccatum grave directæ abſolutioni ſubmittere.

91. Tertiò. Si pœnitens fuit innodatus etiam excommunicatione reſervata, debet ab eo in ſupradicto caſu indirectæ abſolutionis exigi cautio de adeundo Superiore, & de ſatisfaciendo parti, ſi quam læſit. Sanch. *in Decal. L. 2. cap. 13. à num. 17.* La Cr. *Lib. 6. part. 2. num. 1623.* Sporer *n. 752.* ex variis Canonibus.

Suffi-

Sufficere tamen pro foro interno cautionem datam per firmum propositum, & non requiri pignoratitiam, vel juratoriam, docent Navar. Henriq. Valer. Diana, Nald. Laym. apud cit. la Cr. *num. 1454.* & consentit Viva *in Trut. ad prop. 3. num. 5.* Idem dicit Lezana *in summa. V. absolutio num. 9.* Gobat *in Alphab. Confess. num. 145.* & probabilissimum ait Sporer *numerô 752.*

92\. Ex præmissis resolutionibus observabis, notabilem esse differentiam inter absolutionem, quæ datur à casibus reservatis ob impedimentum perpetuum, aut valdè longum, per Confessarium Privilegiatum, & inter eam absolutionem, quæ datur titulô solius necessitatis urgentis, extra articulum mortis. Nam in casu priore datur absolutio directa per authoritatem in ipsa peccata reservata. In posteriore autem est tantùm absolutio indirecta respectu reser-

vatorum, ùt dictum ſupra, & ex communi docet P. Pòteſt. *part. 1. num. 3359.*

93. Hinc ultroneè conſequitur, quòd dum titulô præcisô neceſſitatis confertur abſolutio indirecta, remaneat pœnitenti onus adeundi Superiorem, aut ejus delegatum, eíque iterum confitendi peccata reſervata, pro obtinenda eorum directa abſolutione. Bordon. *cit. Reſol. 6. num. 14.* Viva *in Trut. ad prop. 3. num. 8.* Sporer *num. 752.* Imò etiam ſi Epiſcopus ſolô titulô neceſſitatis urgentis abſolvat à caſibus PAPÆ reſervatis, manet pœnitenti onus ſe poſtmodum ſiſtendi PAPÆ. Ut docet P. Rosmer. *Diſp. 5. de Pœnit. art. 4. q. 12.* Item Viva *Lib. cit. numerô 5.* cum Card. Lugo & habetur ex Canonibus citatis *num. 84.*

94. At verò ſi ob impedimentum perpetuum à Privilegiato datur abſolutio directa, tunc non manet onus adeundi Superiorem, ad peccata

cata iterum subjicienda clavibus. Ità Card. Lugo *Disp. 20. de Pœnit. sect. 10.* Rosmer *Lib. cit.* P. Potest. *num. 3349.* Viva *cit. n. 8.* Sporer *num. 750.* dicens sententiam esse communissimam. Aliquando tamen manet aliud onus, nempe sistendi se ad obedientiam Superiori præstandam, si casus habuit annexam excomunicationem, & ea fuit deducta ad forum contentiosum, conformiter dictis *n. 82.* & ita etiam Sporer *num. 750.* Elbel *de Pœnitentia numerò 371.*

95. Rectè autem monet la Cr. *Lib. 6. Part. 2. num. 1620.* & consentit Reiffenst. *in 5. Decretal. tit. 7. num. 396.* & P. Kazenperger *in supplem. Part. 1. cap. 3. num. 107.* Quòd dum aliquis habens casum Bullæ Cœnæ, &c. non potest adire Summum Pontificem, non statim possit propterea titulô necessitatis aut impedimenti absolvi à quocunque alio Confessario. Quia dantur plures alii qui habent spe-

cialem facultatem absolvendi ab ejusmodi casibus, adeóque ad illos remittendus est pœnitens (nisi urgeat specialis necessitas, néque talem moram permittens) siquidem lex reservationis servanda est quantùm fieri potest.

96. Quòd si autem pœnitens impeditus sit adire personaliter Pontificem, vel ejus Pœnitentiarium, Legatum, Nuntium, &c. Non tenetur ad ipsorum aliquem mittere litteras, vel internuntium seu procuratorem pro impetranda absolutione. Quia id nullo jure præcipitur. Sic Diana *Part. 11. tr. 7. resol. 2.* Tambur. *Lib. 5. de Sacram. cap. 2. §. 2.* Sporer *cit. num. 750.* cum communi. Item la Cr. *num. 1620.* cum Dicast. & Castrop. Item P. Potest. *num. 3344.*

97. Porrò impedimenta legitima adeundi Pontificem multa ex variis juris Canonici locis recenset versibus comprehensa, Sylvest. *V. Absolutio.* P. Illsung. *de Sacram.* *Pœ-*

Pœnit. num. 216. P. Poteſt. *To. 1. à num. 3348.* P. Elbel *Lib. cit. num. 370.* Tambur. cit. & Reiffenſt. *Lib. cit. num. 378.* Præcipua ex iis ſunt periculum mortis, longa infirmitas, ætas ſenilis, itemque puerilis, fragilitas ſexûs, per quam mulieres à longis itineribus impediuntur. Status Regularis, utì *cap. Monachi. 2.* & *cap. cùm illorum 32. tit. de ſent. excom.* ſtatutum eſt *in favorem Religionis*, & *ut vagandi materia ſubtrahatur*, prout loquitur PAPA INNOC. III. eodem *cap. 32.* Simili ratione utitur BONIFAC. VIII. *in Cap. Religioſo, de ſent. Excom. in 6.* Regulares non debere Romam mitti, ſed poſſe à ſuo Superiore abſolvi. Exceptô, ùt ibidem ſubditur, niſi exceſſus ſint enormes.

98. Denique aliæ etiam juſtæ cauſæ dijudicandæ arbitriô boni Viri. *Arg. C. de cætero tit. de ſent. Excom.* ibi: *alias juſtas excuſationes.* Sic DD. citati.

Unde multi ad hoc impedimentum excuſans reducunt *nimiam frequentiam aliquorum caſuum*, ità Laym. *in Concluſionibus Canonicis, Concl. 73.* Pyrh. *ad tit. de Hæreticis, num. 43.* Wagnerek *in C. licet, tit. de offic. Vicarii. num. 6.* Gobat *Theol. Experim. tr. 7. num. 371.* Hertzig *in Man. Conf. Part. 1. num. 159.* Sed contra hoc nonnulla opponit P. la Croix *Lib. 6. Part. 2. numerô 1621.*

99. Notanter autem ſæpius dictum eſt, *ſi impedimentum ſit perpetuum, aut diuturnum, vel valdè longum.* Quia in re præſenti æquivalent impedimentum perpetuum & valdè longum, *v. g.* decem aut 5. annorum. Ut ex Tambur. *Lib. 2. in Decal. cap. 1. §. 8.* habet P. Viva *ubi ſupra num. 6.* Concordant Reiffenſt. *Lib. cit. num. 372.* P. Poteſt. *Tom. 1. num. 3347.* Pichler *in Lib. 5. Decr. tit. 38. num. 14.*

Nam

Nam etiam dum subest impedimentum longi temporis, est morale periculum, ne homo decedat, antequam possit adire Pontificem: adeóque militant rationes adductæ *num. 85. & 86.*

100. Quæres tandem pro complemento deducti & expositi hactenus Privilegii: an ob non receptionem Bullæ Cœnæ in Germania & Regionibus Septentrionalibus, possit tutè censeri casus ejusdem Bullæ saltèm occultos non esse Papæ reservatos, sed posse illic ab eis absolvere Episcopos, aliósve Privilegiatos?

Pro affirmativa stant eximii quidam DD. dum ajunt: Bullam Cœnæ in aliquibus Germaniæ partibus non esse receptam, & ubi recepta non est, eam non obligare. Ità P. Martin. Beccanus *2. 2. cap. 15. q. 2. num. 6.* Laym. *L. 2. tr. 1. c. 15. num. 4.* Perlinus ap. la Cr. *Lib. 6. pa. 2. num. 1619.* Rosmer. *tr. de Pœnit. Disp. 5. a. 4.*

q. 8. Item P. Busæus, Engel, aliíque apud Gaiſſer *Part. 1. n. 189.* citati. Idem de Bavaria dicit P. Tannerus *ap. cit. l. c.* De Belgio Marchantius *in ſuo tribun. tr. 2. tit. 4. q. 8.* De Hungaria noſter Mallech. *in Quadrip. Part. 1. n. 75.* Et rurſum *Part. 2. ad Conſtit. Clementis VII. num. 8.* Generalius id aſſerit de partibus ſeptentrionalibus, &c.

101. Sed contra eſt: quia Annô Domini 1657. die 20. Septembris, de mandato ALEXANDRI PAPÆ VII. à Qualificatoribus S. Officii Generalis Inquiſitionis, hæc propoſitio: *Bulla Cœnæ Domini non eſt in Belgio uſu recepta, juxta probabilem multorum opinionem*, fuit Romæ qualificata & improbata, judicatúmque eam eſſe falſam, temerariam, erroneam, Auctoritati Summi Pontificis injurioſam, & ſternentem viam ad Schiſma. Utì refert Eminentiſſimus Cardinalis Franc. Albizzi *tr. 1. de Inconſtan-*

tia

tia in fide, cap. 36. num. 412. Et ex eodem R. P. Cyrill. Riga Ord. Præd. SS. Theol. Magister *in suis Sermonibus Catecheticis Part. 1. Conc. 6. sub finem.*

Deindè nihil obstat illam non esse in Germania, aut Belgio, &c. promulgatam, nam ad vim legis Pontificiæ sufficit promulgatio Romæ facta, maximè dum sic expressè vult Pontifex, ùt fit in Bulla Cœnæ, §. 26. 102.

Nec dici potest abrogata per contrariam consuetudinem. Nam huic resistit annua Solemnis innovatio Bullæ, & ejusdem §. 24.

Insuper oppositum docet praxis Curiarum Ecclesiasticarum, quæ casus emergentes juxta eam Bullam decidunt, teste P. Pichler *in lib. 5. Decret. tit. 39. num. 16.*

Unde opinio adversa jam non subsistit, ùt copiosiùs etiam probat P. Reiffenst. *in lib. 5. Decr. tit. 7. num. 81. & seq.* Idémque tenet Pater August. Michel. Trac. 103.

de

de lege Amortizationis, & Pichler *lib. cit.* quamvis iſte probabile nihilominùs dicat, quòd non ſit quoad omnia, & in omni rigore recepta. Et nominatim quoad lectionem Librorum ab hæreticis editorum, qui non ex Profeſſo de Religione tractant, conſentit la Cr. *Lib. 7. num. 332.* cum pluribus, quos refert. Et pariter P. Georg. Geiſſer. *Part. 1. de Privilegiis Benedictinis num. 189.*

CAPUT V.

Privilegium Quintum.

Quoad abſolutionem à caſibus Epiſcopo Diœceſano reſervatis.

THESIS SYNOPTICA.

104. PRimò. Confeſſarii Regulares vi Privilegiorum olim poterant abſolvere ab omnibus caſibus Epiſcopis reſervatis. 2dò. Adhuc poſſunt abſolvere ab iis, qui per accidens fiunt Epiſcopales, ſeu qui dicun-

dicuntur jure communi Episcopis reservati, aut potiùs permissi. 3*tiò*. Idque etiam si adiri possit Episcopus. 4*tò*. Non tamen possunt absolvere *sæculares* ab iis casibus, quos sibi Episcopi specialiter reservant. 5*tò*. Néque ab iis, qui jure speciali, seu Diœcesani aut Synodali statuto Episcopis reservantur. 6*tò*. Excipitur casus urgentis necessitatis. 7*mò*. Item casus cum circumstantia ignorantiæ pœnitentis, & pro prima vice. 8*vò*. Item excipitur tempus mortis Episcopi, quoad casus ab homine reservatos. 9*nò*. Præterea excipiendus est casus, si confessio peragatur extra Diœcesim Episcopi reservantis.

105 Prima pars Thesis, est communissima apud DD. eámque tradunt M. Vincent. Candidus, qui fuit Magister S. Palatii Apostolici, Illustrissimus Aravio, Rodriq., Bauni, Mendo, aliíque relati apud Dianam *Part. 11. tr. 2. Res. 9.*

Item

Item Bordon. *Tom. 2. Ref. 6. n. 8. & 36.* P. Viva *ad prop. 12. ab Alexando VIII. proscriptam, n. 1.* Lezana *Tom. 1. cap. 19. num. 17.* P. Corella *tr. 11. §. 1. num. 6.* Imò omnes concedunt eam facultatem habuisse Regulares ante Conc. Tridentinum, ùt testatur P. Quintanad. *Tom. 1. singularium tr. 3. sing. 14. & 16.*

Constat verò ex Privilegiis, utì EUGENII IV. concesso Benedictinis, SIXTI IV. concesso Dominicanis. LEONIS X. concesso Ordini Minorum. Quæ refert confectius *pag. 38. 79. & 138.* Item Bordon. *Lib. cit. num. 8.* Accedit Privilegium PAULI III. *supra num. 59.* adductum, ubi dum Pontifex dicit: *ab omnibus peccatis - - - etiam Sedi Apostolicæ reservatis*, includit casus Episcopis reservatos. Nam dictio *etiam* est ampliativa & implicativa casuum, etiam magis dubitabilium, ùt cum Navar. & Me-

gala

gala notat Bordon. cit. & Lezana *Tom. 3. V. Dictio, num. 20.*

106. Secunda pars Thesis, quòd Confessarii Regulares adhuc defacto absolvere possint à casibus, qui tantùm jure communi sunt, aut dicuntur Episcopis reservati, quamvis negetur à P. Bordon. *L. cit. num. 11.* & P. Viva *L. cit. num. 14. §. equidem.* Est tamen communis aliorum cum Aversa, Diana, Sanch., Delbene & aliis, quos refert & sequitur P. Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Disp. 3. num. 25.* Hyac. Donat. *in Additam. Tom. 4. tr. 4. q. 30. num. 3.* Lezana *Tom. 3. V. Casus num. 4.* P. Moya *in selectis Tr. 3. Disp. 8. q. 6. num. 16.* Sbogar. *Tr. 140. num. 49.* Sporer, *Theol. Sacram. Part. 3. num. 745.* Corella *Tr. 17. num. 80.* Noster Mallech. *Part. 1. num. 78. & Part. 2. ad Const. Clementis VII. num. 8.* Item P. Kienczl *in sua Epitome, Part. 6. q. 8.*

Et probatur; quia nullus eſt caſus de jure communi *propriè* reſervatus Epiſcopis, ùt efficaciter probat P. Suar. per ſingula diſcurrendo *Tom. 4. in 3. Part. Diſp. 29. ſect. 3. num. 6.* & idem docet Donat. *Lib. cit. q. 38.* Mezger *Tr. 18. Diſp. 49. art. 2. num. 8.* ex communi; & certum eſſe ait P. Poteſtas *Tom. 1. num. 3457.* & Sporer *Lib. cit.* Nullus enim eſt in jure textus quo dicantur reſervari Epiſcopis, ſed ſolùm jure conceduntur ſeu permittuntur poeſtati Epiſcoporum ad abſolvendum: ergo cùm non ſit per ullam propriè dictam reſervationem reſtricta, manet per conſequens in ſuo vigore Privilegiata Regularium poteſtas ad abſolvendum ab ejusmodi caſibus: a)

Con-

a) Quia tamen multi DD. dicunt, aut ſupponunt eſſe quosdam caſus jure communi reſervatos Epiſcopis. Uti Navar. in Man. *cit. 27. num. 262.* Bordon. *Reſ. 6. num. 11.* Sbogar *Tr. 140. num. 46.* Corella *Tr. 17.* num.

107. Confirmatur ex Decretis S. Sedis. Ita enim Sacra Congregatio approbante GREGORIO XIII. PAPA, Annô Domini 1577. die 10. Septembris respondit, & declaravit: *Per Privilegia Regularibus concessa, factam non esse eis potestatem absolvendi à casibus sibi ab Episcopo reservatis.* Ut ex Confectio refert Lezana *Tom. 1. cap. 19. num. 17.* Bordon *sup. cit.* ex Sorbo. Item Mallech. *part. 1. num. 77.* Matthæuc. *in Officiali Curiæ Regular. c. 2. num. 5.* Præterea CLEMENS VIII. in Decretis adductis *supra num. 60. & 61.* dum inhibet absolutionem à casibus Episcopalibus, sic de iis loquitur: *Quos Ordinarii locorum sibi reservârunt vel reservabunt.* Atque adeo vel suppo-

 nunt

num. 77. Noster Mallech. *Part.* 2. *ad Const.* CLEM. VII. *num.* 8. Anton. à S. Sp. &c. Fortassè dici poterit esse reservatos comparative ad Sacerdotes inferiores, non Privilegiatos per Pontificem: quia hoc ipso, quòd hi non possint absolvere ab illis, manet potestas reservata altioribus, & delegatis.

[illegible]non esse eis aliquos jure com-[illegible] reservatos, vel saltèm Privi-legiis permittunt vigorem ad ab-solvendum à talibus, dum solùm excipiunt, quos ipsi Episcopi sibi reservant.

108. In eundem sensum intelligendus est URBANUS VIII. dum in Decreto (quod retulimus *num. 71.*) declarat Regulares vi Privilegiorum non posse absolvere *à casibus Ordinario loci reservatis.* Nempe quos ipsi reservant. Etenim se relegat ea declaratio URBANI ad antecedanea Decreta, & in eorum conformitate prohibitionem innovat.

Insuper ibidem subdit URBANUS: *ab aliis casibus & censuris Sedi Apostolicæ reservatis* (videlicet extra Bullam Cœnæ) *absolvendi facultatem minimè Regularibus sublatam esse extra Italiam.* At certè sublata esset, si non in toto, saltèm in plurimo, nisi dicatur vigere erga eos casus qui dici solent Epi-

Episcopis jure communi reservati aut permissi. Nam hujusmodi reservati dicuntur omnes casus Papales dum sunt occulti, ex P. Viva *Lib. cit. num. 13.* & Sbogar *Tr. 140. num. 49.* (demptis casibus Bullæ Cœnæ) utpote concessi Episcopis à Tridentino, *sess. 24. cap. Liceat. 6. de reform.* non igitur possent (in opinione Adversariorum) Regulares absolvere ab ullis casibus Papalibus occultis, & utique minùs à publicis, consequenter à nullis: quod omninò falsum est, & contra claram mentem Pontificis.

109. Quòd si quæras, qui nam sint & quot casus à jurè communi Episcopis reservati, vel potiùs permissi, aut delegati, ut loquitur P. Lezana *inf. citañ. num. 2.* cum Ludov. à Cruce? ℞. Non convenire DD., nam Glossa *in Extrav. super Cathedram tit. de sepulturis, verbo: à jure*, numerat ejusmodi casus novem. Bordon. *Res. 6. num. 11.* recenset septem. Sbogar, *tr.*

140. num. 46. ponit sex, & inter hos percussionem Clerici, & procurationem abortûs fœtûs animati: Item, si quis habens casum PAPÆ reservatum, sit eum adire impeditus, &c. Alii communius referunt 5. apud Lezanam *Tom. 3. tit. casus num. 2.* Quia verò ostendimus supra nullum esse de jure communi propriè reservatum Episcopis, quod præter ibi citatos etiam docent Filliuc. apud la Cr. *Lib. 6. Part. 2. num. 1625.* Fagundez & Peyrin. apud Lezan. *cit.* Steph. à S. Paulo *tr. 5. disp. 5. n. 254.* Tambur. *in Meth. Confess. cap. 6. num. 1.* Archdekin *Part. 3. tr. 2. c. 4.* & alii. Hinc à prædictis & ejusmodi casibus, ac signanter, dum habetur impedimentum diuturnum adeundi Pontificem, estò alioquin casus esset Bullæ Cœnæ, absolvere possunt Regulares Privilegiati, nisi aliquem eorum specialiter sibi reservent Episcopi. P. Lezana *tom. 3. V. casus, num. 4.*

& 5.

& 5. Excipit casum abortûs procurati, quem unicum dicit à Papa reservatum Episcopo, per Bullam Greg. XIV. sed posse nihilominùs & ab eo absolvere Regulares vi Privilegiorum, tenet Peyrin. *Tom. 1. ad Const. 1. Julii 2di. num. 64.* Item Anton. à S. Spir. *Lib. cit. num. 35.* cum Peregrino, &c. Item Passerin. *de statib. q. 187. n. 459.* Kazenp. *in supplem. Part. 1. c. 3. num. 111.* quia ut patet legenti Bullam dicti Gregorii, quam refert Mallech. *pag. 531.* Episcopo concedit, ut facultatem absolvendi delegare possit, non autem propriè reservat, aut Privilegiis derogat.

110. Idem tenendum de iis, qui à nonnullis dicuntur de consuetudine reservati Episcopis: quia de tali consuetudine non constat satis, nec est ea consuetudo generalis, aut uniformis in omnibus Episcopatibus, adeóque ubi de tali consuetudine certò non constat, ibi solùm

illi caſus habendi ſunt pro reſervatis, quos ſibi ſpecialiter Epiſcopi reſervant, ut rectè docent Ludov. à Cruce *in Expoſit. Bullæ Cruciatæ Diſp. 1. cap. 3. dub. 2. num. 14.* & Lezana *Lib. c. num. 3.* cum Peyrin. Addit idem Lez. *num. 5.* dum Ordinarii expreſsè aliquos tantùm caſus ſibi reſervant, eô ipsô credendum ſit, nullum alium caſum in ea Diœceſi ex conſuetudine reſervatum eſſe: quia id Ordinarii exprimere deberent.

III. Tertia pars Theſis, quòd etſi adiri poſſit Epiſcopus, poſſint nihilominùs Regulares Privilegiati abſolvere à caſibus Papalibus jure permiſſis Epiſcopo, conſtat ex eo: quia ad ejusmodi caſus data è Regularibus facultas ſine tali reſtrictione ſeu conditione, *ſi adiri non poſſit Epiſcopus*, ùt videre eſt in productis *num. 58. & 59.* Hinc Gloſſa *in Cap. 2. de Pœnit. & Remiſſ. 1. num. 6. §. Item tertio.* ait: *Mendicantes ſunt delegati à Sede Apo-*

Apostolica. Pariter dum in casu impedimenti adeundi Pontificem, dicitur ex communi doctrina ap. Card. Lugo *Disp. 20. de Pœnit. sec. 10. num. 220.* adeundus pro absolutione legatus seu Nuntius Apostolicus, si commodè adiri potest; Per legatum Pontificis hac in materia intelligitur Sacerdos quisque Privilegiatus, habens potestatem delegatam à casibus Pontificiis. Ut rectè docet P. Illsüng. *Tr. 6. Disp. 6. q. 6. art. 3. n. 215.* & cum eo P. Georg. Slezina *in Annot. ad Prop. 3. Alexand. VII.* Concordant citati *num. 83.* Item Sporer *Lib. cit. num. 751.* ait: in casu impedimenti adeundi Pontificem, facultas absolvendi à casibus Papalibus devolvitur ad Episcopos, & etiam *à fortiori* ad Privilegiatos Mendicantes.

112. Quarta pars Thesis, quòd Religiosi vi suorum Privilegiorum non possint absolvere *sæculares* à casibus, quos sibi Episcopi specia-

liter reſervant, & qui eis dicuntur *ab homine* reſervati, jam certa eſt ex Decretis GREGORII XIII. & URBANI VIII. *ſupra num.* 107. allegatis. Item ex Bulla CLEMEN. X. *ſuperna* §. 6. Ac præcipuè ex condemnatione ab ALEXANDRO VII. factæ hujus propoſitionis *num.* 12. *Mendicantes poſſunt abſolvere à caſibus Epiſcopis reſervatis, non obtenta ad id Epiſcoporum facultate.* Ideóque ùt rectè inferunt Illſung. *Tr.* 6. *Diſp.* 6. *num.* 251. Babenſtub. *Tr.* 8. *num.* 6. *d.* 6. *art.* 4. *num.* 31. *&c.* non eſt ampliùs practicè probabilis, ſed omninò cavenda oppoſita Doctrina, quam tenuerunt P. Eman. Rodriq. Bauni, Quintanad. Leand. à Sac. Th. Hurtad. aliíque ap. Moya *Tr.* 3. *Diſp.* 8. *q.* 6. *num.* 2. Item Anton. à S. Sp. *Tr.* 2. *Diſp.* 3. *num.* 25. cum pluribus.

113. Notanter autem dictum eſt: abſolvere *ſæculares:* nam Regulares aliunde non ſubjacent caſibus

per

per Episcopos reservatis. La Cr. *Lib. cit. num. 1645.* P. Poteſt. *num. 3418.* Item Bordon. *Reſ. 6. num. 27.* Idem dicens de Novitiis. Item P. Geisser. *Op. de Privil. Benedictin. Part. 1. num. 174.* cum Suar. Bonagr. Rassler, &c. Item Hertzig. *in Man. Conf. Part. 1. num. 160.* & constat ex jure exemptionis Regularium. Imò licèt subdantur Episcopis, eorúmque legibus, dum gerunt personam extranei non spectantis ad Religionem, *v.g.* fungendo Officio Parochi, & Confessoris, &c. Id tamen solùm quoad vim directivam; néque subduntur pœnis aut censuris in transgressores per Episcopum, aut ejus Synodum latis. Thom. Rotar. *in Theol. Morali Regular. Tom. 3. Lib. 3. c. 5. num. 26.* Noster Kienczl. *in Epitome Part. 5. q. 8. §. Hinc.* cum Portel, Rodriq. Miranda.

114. Quinta pars Thesis, quòd non possint Regulares absolvere vi Privile-

vile-

[illegible] à [illegible], qui Episco-
pis à jure speciali, sive per statu-
tum Synodale reservantur, viden-
tur esse certa, eamque tenet la
Cr. *Lib. 6. Part. 2. num. 1628.*
cum Viva. Item [illegible]. *Tom. 1.*
de subd. q. 1. cap. 21. §. 1. Bor-
don. *Ref. 6. num. 44.* cum mul-
tis, & nunc communiter. Ratio
est: quia dum in Synodo casus
reservantur, vigorem habet réser-
vatio ab Episcopo Præsidente Sy-
nodo, & ex Officio suo agente;
adeóque etiam tales casus dicuntur
in proprietate reservati ab Episco-
po, & consequenter tenor Decre-
torum Pontificiorum, quæ *supra*
num. 12. citavimus, refertur non
solùm ad casus ab homine, sed
etiam à jure speciali & Diœcesano
reservatis Episcopo.

Unde sententia opposita, quam
docuerunt Cespedes, Comitolus
aliique ap. P. Viva *in Trut. ad prop.*
12. Alex. VII. num. 14. Item
Marc. Vidal. relatus à Bordon. *Lib.*
cit.

cit. num. 51. non est tuta pro praxi. Ac insuper præjudiciosa Potestati Episcoporum, & tendens in abusum Privilegiorum, proindeque rejicienda.

115. Sexta, eáque exceptiva pars Thesis, quòd nempe excipiendus sit casus urgentis necessitatis, ità ut in eo possit non solùm Confessarius Regularis, sed & alius, dum adiri nequit Episcopus absolvere à casibus eidem reservatis, docetur à Bordon. *Res. 6. num. 14.* Laym. *de Sacr. Pœnit. cap. 12. num. 10.* cum Soto, Navar. Suar. &c. Item P. Georg. Geisser *Part. 1. de Privil. Benedictinis num. 192.* Babenst. *Tr. 8. Part. 6. Disp. 6. art. 4. num. 23.* cum Salmant. Mezger, &c. Constat ex dictis *num. 89.* Sed quia eo casu absolutio tantum datur indirecta respectu peccati reservati, ideò observanda sunt, quæ *num. 90. & 91.* superinde notavimus. Et ita, quia frequenter potest accidere, ut aliquis

(præ-

(præcipuè prima vice confitens peccatum reſervatum) non poſſit ſine notabili incommodo aut ſcandali, aut mæroris dimitti ſine abſolutione, poterit tali caſu abſolvi etiam per ſimplicem Confeſſarium à reſervato, ſaltem indirectè, ùt ex communi ſententia docet cit. Babenſt. Item Bonac. & Salmant.

116. Septima pars Theſis, quâ excipitur caſus cum circumſtantia ignorantiæ pœnitentis, ita ut talis ignarus reſervationis poſſit *pro prima vice*, etiam à caſibus ſpecialiter reſervatis Epiſcopo, abſolvi à Confeſſario etiam ſimplici, abſque onere illud rurſus confitendi. Docetur à P. Gobat in *Alphab. Confeſſar. caſu 8. num. 360.* àliàs *in Theol. Exper. tr. 7. num. 306.* & Sporer *cit. num. 735.* ac Beniam. Elbel *Part. 2. Theol. Sacram. Conferentia 13. num. 346.* & P. Zetl. *Part. 1. num. 338.*

Fundatur tum in benigna interpretatione mentis Superiorum

Eccle-

Ecclesiæ, quòd nolint tanto rigore constringere fideles, ut bonâ fide procedentes teneantur idem peccatum bis confiteri. Tum etiam fundatur in probabili sententia multorum, generatim docentium reservationem non incurri ab ignorante eam. Ita Navar. Graffius, & Joseph. à S. Januar. quos citat & sequitur Diana *Part. 10. tr. 14. Ref.* *63.* Item Sporer *L. cit.* cum Quintanad. plurésque alii relati apud Moya *Tr. 3. Disp. 8. q. 2. num. 3.* Nam si dubium de reservatione excusat ab ea, ùt cum Suar. Bonac. Card. Lugo, tenet communis Doctorum, teste eodem Moya *Lib. cit. q. 3. num. 2.* videtur magis excusare ignorantia, saltèm inculpabilis, ùt arguit cit. Sporer. Accedit, quòd directa absolutio à reservato non sit de necessitate Sacramenti, sed præcepti solùm. Et benè docet Babenst. *Tr. 8. Part. 6. Disp. 6. art. 4. num. 23.* cum Salmant. & Mezger, aliisque. Unde

in

in simili potest tutè procedi secundùm opinionem verè probabilem.

117. Nihilominùs, quia præmemorata sententia non est certa & contra eam aliqua opponunt P. la Cr. *Lib. 6. Part. 2. num. 1696.* & Kreßlinger *in supplem. ad trac. de Sacram. dist. 9. addit. 4. &c.* Hinc consultiùs est, eam non communiter in praxim redigere, sed vèl pœnitentem statim remittere ad alium habentem potestatem certam in ejusmodi reservata: vel saltèm eum suaviter disponere ad eadem postmodum secundò confitenda habenti prædictam potestatem pro directa absolutione. Ut etiam suadet *supra cit.* P. Elbel.

118. Octava pars Thesis, excipit tempus mortis Episcopi quoad casus ab homine seu extra Synodum per Edicta reservatos, & consequenter quòd ab hujusmodi casibus, mortuo Episcopo reservante, possit absolvere quisque Confessarius. Utì docent Lezana *Tom. 1.*

c. 19.

c. *19. num. 17.* cum Sà & Quaranta. Item Noster Mallech. *Part. 1. num. 78.* Corella *tr. 17. num. 77.* Bordon. *Ref. 6. num. 30.* dicens id esse certissimum. Quia ejusmodi reservatio fuit permodum præcepti, adeóque cessat seu expirat per mortem præcipientis tum naturalem, tum civilem, *v. g.* si decedat ab Episcopatu, uti alia præcepta ex *C. fin. de Offic. legati*, & communi sententia DD. ap. Bordon. cit.

119. E contra verò facta ab Episcopis casuum reservatio in Synodo habet se permodum statuti & legis, quæ ex natura sua perpetua est: ideóque talis reservatio manet etiam mortuô Episcopô; nisi à successore expressè aut tacitè revocetur. Bord. *Lib. cit.* & Corella *tr. 11. §. 1. num. 3.* cum Fagund. Sanch. & Diana. Atque hinc observabis, quòd illi 10. casus, qui in Ritualibus Diœcesium Regni Hungariæ & Croatiæ referuntur

Episcopis reservati, maneant sub reservatione, etiam demortuis Episcopis: quia reservati sunt per Synodum Provincialem Episcoporum Coronæ Hungariæ, Annô Domini 1611. Præsidente Eminentissimo Cardinale Francisco Forgách Archi-Episcopo Strigoniensi Tyrnaviæ celebratam. Quòd si quispiam Confessarius Regularis ab Episcopo abtinuisset specialem facultatem ab his quóque absolvendi, potest eâ uti etiam post mortem Episcopi conformiter ad Privilegium à CLEMENTE IV. datum Ordini Prædicatorum, quô conceditur ut Religiosi, possint uti gratiis & licentiis Episcoporum defunctorum, quamdiu de alio Episcopô non fuerit provisum. Quod refert P. Albert. Castellan. *in Tabula Privilegiorum Ord. Præd. Ver. Uti.* Et Compend. Privil. S. J. *V. Sede vacante.* Ubi additur: eas facultates non expirare, donec per successorem revocentur.

Nona

120. Nona pars Thesis, excipit casum, si confessio fiat extra Diœcesim Episcopi reservantis. Talis enim peregrinus potest in alia Diœcesi, perinde ac incola per quemvis Confessarium, & sine onere se postea sistendi Episcopo, absolvi à casibus in sua alioquin Diœcesi Episcopo reservatis. Ita Salmanticen. *Tr. 8. cap. 13. num. 24.* cum S. Antonino, Cajet. Suar. Lugo, Bonac. Item la Cr. *Lib. cit. n. 1631.* Bord. *Res. 6. num. 26.*

Quia potestas, & consequenter reservatio Episcopalis vim non habet ultra diœcesim reservantis. Idque insuper pro Confessariis Regularibus expressè declaravit Clemens X. in Bulla *superna Magni.* §. 7.

121. Limita nihilominùs 1. nisi pœnitens in fraudem reservationis ad alienam Diœcesim pro obtinenda absolutione migraverit. Uti ibidem limitat citatus Pontifex Clemens. Limita 2*dò.* nisi etiam in

illa Diœcesi, in qua perigrinus confitetur, sit pariter casus Episcopo reservatus. Ita cit. Pontifex & communiter DD. teste Aversa. Et sic *v. g.* si ex Diœcesi Zagrabiensi ad Labacensem veniat pœnitens cum casu percussionis Parentum, vel homicidii, aut incendii voluntarii, non poterit absolvi sine speciali facultate Episcopi Labacensis; quia memorati casus, tam in Diœcesi Labacensi, quàm Zagrabiensi reservantur Episcopo.

122. Quæstio autem hìc subnascitur: an, si casus idem reservatus sit PAPÆ, & Episcopo jure speciali, possit hoc non obstanté ab illo absolvere independenter à concessione Episcopi, habens Privilegium absolvendi à casibus Papalibus? Affirmant Floronus *Tr. de Casib. reserv. Part. 1. cap. 4. §. 1. n. 8.* & Bossius *de Jubilæo, Sect.* 1. *casu 3. num. 2.* fundantes se in praxi & consuetudine. Item P. Marcus Vidal *in sua Arca vitali Inquisit. 1,*

num.

num. 42. & 44. & P. Ludov. Fliegen *in Compendio Wigandti, cap. 11. §. 4.* qui nituntur ea ratione: quia qui potest quod est majus, potest etiam quod est minus, & concesso majore intelligitur concessum quod minus est: adeóque potens absólvere à reservatis PAPÆ (quod plus est) potest itidem à reservatis iisdem Episcopo. Tum quia Episcopus aut quicunque inferior non potest sibi reservare casus in præjudicium Superioris, &c.

123. Opposita nihilominùs & negativa sententia in praxi tenenda est, quam propugnat Bordon. *cit. Res. 6. num. 25.* La Cr. *Lib. cit. num. 1629.* Kazenperger *pag. 137. n. 111.* & P. Viva *ad Prop. 12. Alex. VII.* dicens id esse extra dubium. Quia CLEMENS X. in Bulla: *superna §. 7.* satis id declaravit his verbis: *Habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, non ideo à casibus Epi-*

ſcopo reſervatis poſſe abſolvere. Et ratio eſt: quia PAPA dando Privilegium non intendit præjudicare tertio, neque juri, & poteſtati Epiſcopali, niſi hoc exprimat. Ex *Cap. licet de Offic. Ordinarii.* & *Cap. 3. de Decimis, &c.*

Unde allegata ab Adverſariis praxis eſt reprobata, & ratio adjecta non habet locum, quando majus eſt ſeparabile à minori, & inſuper ſi majus conceditur, minus autem prohibetur, ùt fit in re præſenti. Bordon. *Lib. cit. num. 53.* cum Bonac. *Part. 7. de Voto. §. 3. num. 10.* Excipe tamen circumſtantiam Jubilæi, de quo infra *num. 129.*

C A-

CAPUT VI.

Privilegium Sextum.

Quoad Absolutionem à Censuris.

THESIS SYNOPTICA.

1. COnfessarii Regulares, etiam non specialiter deputati, possunt absolvere à quibuscunque censuris non reservatis. 2. Et consequenter ab excommunicatione majori, lata in eum, qui temerè absolverit à casu Bullæ Cœnæ. 3. Confessarii deputati possunt absolvere à censuris etiam reservatis Sedi Apostolicæ, jure latis, & extra Bullam Cœnæ. 4. Eáque absolutio potest dari extra Sacramentum Pœnitentiæ. 5. Sed tantùm pro foro interno. 6. Non requirit de necesse certam formam verborum. 7. Prærequirit tamen regulariter conditionem, ut fiat satisfactâ parte læsâ, &c. 124.

Prima pars Thesis dicit: Confessarios Regulares etiam non speci- 125.

 cia-

[illegible]

... jurisdictionem) ex Regula ..., *Cap. nuper*, *de sent. excom.* ideóque a non reservatis censuris absolutio permittitur cuilibet Sacerdoti pro Confessionibus approbato. Tum quia majus est vinculum peccati, quàm censuræ: ergo nisi reservatio obstet, poterit absolvere à censura, qui potest à peccato. Et sic potest quivis Confessarius ab excommunicatione minori absolvere. Lez. *Lib. cit.*

... etiam qui potest absolvere à

venia-

venialibus. Babenst. *Tr. 4. Disp. 2. art. 2. num. 14.* ex S. Th. Navar. Diana, Salmant. &c. Saltèm si ea excommunicatio ob venialem culpam incurratur.

126. Secunda pars Thesis: quòd absolvere possint ab excommunicatione majori per Bullam Cœnæ. *§. 23.* lata in eos, qui præsumpserint absolvere à reservatis ejusdem Bullæ Cœnæ casibus; consequitur ex præmissis: quia ultima illa Bullæ Cœnæ excommunicatio non est reservata, ùt patet ex tenore Bullæ, *cit. §. 23.* & tradunt Lezana *Tom. 3. V: Bulla num. 57.* Noster Mallech. *Part. 1. num. 70.* Steph. à S. Paulo *Tr. 5. Disp. 5. num. 253.* cum P. Franc. Bonæ spei, & plures apud Passerinum, *de statibus Tom. 2. q. 182. num. 431.*

Potest ergo ordinarius Confessarius absolvere, tam à prædicta excommunicatione, quàm ab aliis non reservatis. Quas, si lubet, vide relatas apud P. Pichler *Lib. 5.* De-

vi Privilegiorum, & ſine ſpeciali conceſſione ipſiusmet Epiſcopi abſolvere. Averſa *de Pœnit. q. 17. ſect. 6.* Reiffenſt. *Lib. cit. num. 258.* & alii apud Viva *in Trut. ad Prop. 12. ab Alex. VII. proſcriptam, n. 2.* Quamvis enim in rigore loquendo, per *caſum reſervatum* intelligatur peccatum, & non cenſura, quæ eſt ſolùm pœna illius, ùt notat Navar. *in ſumma cap. 27. num. 269.* & Viva *Lib. cit.* La Cr. *num. 1630.* Nihilominùs etiam pro cenſuris Epiſcopo reſervatis militant argumenta *num. 123.* adducta. Item Lezana *Tom. 3. V. Caſus n. 1.* docet; utrumque dici caſum, ſive quis cadat in peccatum, ſive cenſuram. Imò PAULUS PAPA V. Annô Domini 1617. declaravit nomine caſuum PAPÆ & Epiſcopo reſervatorum, quorum abſolutio per Decreta CLEMENTIS VIII. prohibita eſt, comprehendi etiam *excommunicationes* PAPÆ aut Epiſcopis reſervatas. Prout refert P. Donat.

Part.

Part. 3. trac. 11. q. 17. num. 3. Bordon. *Ref. 6. num. 40.* Pellizar. *Tr. 8. c. 3. sectione 2. subs. 2. numerô 85.* Viva *Lib. cit.*

129. Virtute tamen Jubilæi, dum datur facultas ab omnibus censuris reservatis absolvendi, intelligitur facultas data etiam ad reservatas Episcopo. La Cr. *Lib. 7. num. 132.* cum Suar. & Dicast. Item P. Viva *Tr. de Jubilæo q. 11.* cum Vasq. Laym. & communissima DD. Item Kazenp. *in suppl. Part. 2. c. 3. num. 208.* quia sic censetur PAPA velle, ut omnes lucrari possint Indulgentias Jubilæi. Et ita habet usus, nec id ignorant Episcopi. Excipe tamen personaliter Denunciatos, nisi satisfecerint parti læsæ. Ut notat P. Viva *Tr. de Jubilæo q. 10. art. 2. num. 9.* cum Suar. Vasq. Gobat, &c. Item Kazenp. *in suppl. Part. 2. c. 3. num. 214.*

130. Dixi 3., *à jure latis.* Nam dum excommunicatio aut alia censura fertur ab homine, id est per mo-

dum mandati, aut ſententiæ judiciariæ, ídque per ſententiam ſpecialem, ſive dum nominatim & particulariter alicui infligitur, ab ea abſolvere non poſſunt Regulares vi Privilegiorum, ſed duntaxat is, qui eam tulit, vel ejus Superior, vel ſpecialiter delegatus. Lez. *Tom. 3. tit. Cenſura num.* 12. cum Bonac. Portell. Laym. Item P. Poteſtas *Tom. 1. num. 3462.* Sporer *in Theol. Sacram. Part. 3. n. 739. & 744.* La Cr. *Lib. 7. num. 131.* cum Krimer & communi. Quia cenſura particulari ſententia, aut perſonaliter lata cenſetur reſervata illi, qui eam tulit. Et ita poſtulat Ordo judicii, ne ſecùs perturbetur. Idémque in Concil. Lateranen. ſtatuit LEO PAPA X. per Bullam: *Dum intra §. 7.* quam extenſam refert Mallechich *Parte 4ta. paginâ 433.*

31. Advertendum autem, quòd etiam illa ſententia habeatur ut particularis & ſpecialis, quæ fertur in

in authorem particularis delicti, licèt sit incognitus. Lezan. *Lib. cit.* cum Peyrin.

At verò censura quidem lata ab homine, sed per sententiam Generalem, quâ scilicet non determinatur in individuo persona, aut singulare factum, seu commissum delictum, ùt *v. g.* si Prælatus generatim excommunicet omnes, qui furtum Sacrilegum comiserint, &c. talis inquam censura æquiparatur censuris à jure latis, & ab ea (nisi expreßè reservetur) possunt absolvere Confessarii, quicunque approbati, Lezan. *Lib. cit.* cum Laym. & Portel. Item Bordon. *Res. 6. num. 16.* Item PP. Sanct. Gall. *Tom. 7. tr. 4. sect. 1. q. 4. concl. 2.* cum Suar. Conink & communi. Ratio patet ex *num. 125.*

132. Advertendum prætereà quòd aliud sit esse *nominatim* aliud *notoriè* excommunicatum, aut censuratum. Prout patet *v. g.* in hæreticis, qui estò sint notoriè tales,

&

& consequenter excommunicati, non tamen ideò sunt excommunicati *nominatim*, per consequens nec sunt sub obligatione vitandi, sed tolerati. Ut notat M. Petr. de Soto *Lib. de Instit. Sacerd. Lect. 5. de Excom.* & cum communi Theologorum. P. Moya *in selectis Tr. 5. q. 9. num. 3.*

133. Atque hinc pro re præsenti colliges: quòd etiam ab excommunicatione, aliáve censura notoria & publicà, dumodò non sit nominatim inflicta, vel deducta ad forum contentiosum, nec Papæ per Bullam Cœnæ, aut Episcopo specialiter reservata, possint Regulares vi Privilegiorum absolvere. Ita Sanch. Covar. Rodriq. Diana & alii, quos citat & sequitur Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Disp. 3. num. 38.* Item Noster Mallech. *Part. 4. ad Const. 2. Pii V. num. 14.* Sbogar. *Tr. 140. num. 50.* Moya *Tr. 3. Disp. 8. q. 6. num. 18.*

Ra-

Ratio est: quia Privilegia concedunt facultatem sine limitatione ad casus occultos: ergo nec à nobis limitanda sunt. Quamvis autem præcitati Mallech. & P. Anton. idem dicant de casibus & censuris ad forum contentiosum deductis, alii tamen in hoc contradicunt: Nam etiam Episcopis negatur potestas quoad casus Papales ad forum contentiosum deductos. Ex Trident. *sess. 14. c. 6. de Reform.* Et P. Sporer *Lib. cit. num. 744.* dicit palam esse, quòd Privilegium Mendicantium locum non habeat ad absolvendum, si censura sit ad forum contentiosum deducta. Vide dicta *num. 69.*

Dixi 4. *Extra Bullam Cœnæ.* 134. Nam à censuris Bullæ Cœnæ, quòd nequeant Regulares vi suorum Privilegiorum absolvere, satis patet ex dictis *num. 71. & seq.*

Excipitur articulus mortis, & casus necessitatis ac impedimenti adeundi Pontificem, &c. De-

quibus relege dicta *num. 79. 84 & seqq.*

135. Excipitur præterea casus ignorantiæ pœnitentis, nempe si ignoraverit excommunicationem esse annexam peccato. Talis enim non incurrit excommunicationem, & consequenter nec reservationem Bullæ Cœnæ, dummodò ignorantia non fuerit crassa. Ita la Cr. *Lib. 6. Part. 2. num. 1614.* cum Aversa, Tambur, Stoz. Item Viva *ad Prop. 3. Alex. VII. num. 9. §. 4.* P. Marin. *Disp. 11. de Pœnit. num. 113.* Reiffenst. *ad tit. de sent. Excomm. num. 29. & 30.* ac DD. communiter. Satísque clarè habetur in Jure Sacro, *Cap. ut animarum tit. de Constitution. in 6.* Atque hinc notabit Confessarius, quòd cùm omnes casus Papæ reservati reserventur ob excommunicationem, sive ùt conjuncti cum excommunicatione, prout docent Cajet. Henriq. Laym. Suar. Castrop. Tamb. Gobat *Tr. 7. n. 363.*

&

& communiter. Ideo qui per ignorantiam excusatur ab incursu excommunicationis, excusatur pariter ab incursu reservationis Papalis.

Quarta pars Thesis, quòd absolutio à censuris dari possit extra Sacramentum Pœnitentiæ, etiam per Regulares virtute Privilegiorum, est recepta apud DD. Ita enim docent Navar. Suar. Laym. Diana, Rodriq. Portel. quos refert & sequitur Bordon. *Res. 6. num. 24.* Item Lezan. *Tom. 1. cap. 18. num. 45.* Potestas *num. 3460.* Sporer *Lib. cit. num. 744.* 136.

Ratio est: quia relaxatio censurarum, item votorum, & hujusmodi, non dicit per se ordinem ad Sacramentum Pœnitentiæ cùm hujus materia sint sola peccata: adeóque illa potest fieri extra id Sacramentum, nisi Privilegium restringat. Nam aliàs Privilegium interpretandum est secundùm Naturam rei, quæ conceditur.

137. Hinc dum in Privilegiis datu facultas absolvendi à censuris, v dispensandi *in foro conscientiæ* (qu bus terminis utitur etiam Tride tinum quoad facultatem datam Episcopis, *Cap. liceat 6. sess. 24* per ea verba non limitatur facu tas ad absolutionem dandam s lùm intra Sacramentum Pœnite tiæ, sed duntaxat denotatur, qu tantùm prosit in foro intern non externo. Sic Bordon. *Res. num. 21.* cum aliis; Lezan. *Lib.* cum Henriq. & Miranda. Ite P. Poteſt. *num. 3315.*

138. Quando autem in Privilegi dicitur: ut absolvere possint *au tis eorum Confessionibus*, id int ligitur tantùm quoad absolution à peccatis, nisi apertiùs constet quòd etiam absolutio à censur restringatur ad forum Sacrame tale. Bordon. *Lib. cit.* cum Rodri & Sanch. &c.

Nihilominùs P. Laym. *de Pæ c. 10. num. 21.* & cum eo Spo

rer

er *cit. num. 744.* Item P. Geisser
:*um. 190.* cum Lohnero monent:
Ne Privilegiatus facilè, & sine gra-
·i causa sic procedat, ut à censu-
a, aliáve pœna Ecclesiastica ex pec-
ato resultante quemquam absol-
at, nisi vel audita ejus confessio-
.e, vel saltèm in ordine ad con-
essionem mox instituendam: quia
d tutiùs, consultiùs, & usitatiùs est.

, Quinta pars Thesis, quòd per 139.
Privilegiatos Regulares absolutio
. censuris tantùm dari possit, &
olùm prosit pro foro interno, ex-
reßè declarata est à PAPA CLE-
IENTE X. per Bullam: *superna*
§. 7. Unde etiam est communis
DD. sententia, cum Laym. *Lib. 1.*
r. 5. part. 1. cap. 7. num. 7. Reif-
enst. *in 5. Decretal. tit. 39. num.*
147. & 258. Nostro Mallech. *pag.*
148. num. 14. Potest. *num. 3465.*
por. *cit. num. 744.* contra An-
on. à S. Spir. *tr. 2. Disp. 3. sectio-*
ne 1. num. 39. & nonnullos.

Ratio etiam eſt: quia ſi dicta abſolutio valeret etiam pro foro externo, præjudicaret poteſtati Ordinarii & proprii judicis, ut non poſſet procedere contra criminoſum: at non cenſetur Pontifex in generali conceſſione tale quidpiam concedere, & tollere jus tertii, &c. Ergo non ad Confeſſarium, ſed ad Judicem Ordinarium, ſive Prælatum cujus authoritate lata eſt cenſura, ſpectat abſolutio à cenſuris pro foro externo.

Firmatur etiam ex Conc. Trident. Ubi *ſeſſ. 24. cap. 6.* ipſis quoque Epiſcopis poteſtas abſolvendi à cenſuris Papalibus limitatur ad forum internum.

140. Confeſſarius itaque advertat, admonendum eſſe ejusmodi pœnitentem, quod abſolutio à cenſuris non ei proſit pro foro externo. Ut notat Compend. Privil. S. J. *V. Abſolutio.*

Unde ſic abſolutus, ſi cenſura ejus *v. g.* excommunicatio, fuit noto-

notoria & publica, debet se in foro externo gerere tanquam censuratum, &c. Reiffenst. *cit. n. 247.* & P. Geisser *num. 187.* Occultè tamen posset communicare, & coram iis, qui nossent eum ab excommunicatione modo dicto fuisse absolutum. La Cr. *Lib. 7. n. 162.* cum Dicast. Item cit. Reiff. *num. 248.* cum Laym. Item Leza. *Tom. 3. V. Absolutio, num. 7.*

141. Sexta pars Thesis dicit: quòd absolutio à censuris non requirit de necesse, aut ad valorem, certam formam verborum. Ità tenet P. Pichler *Commentar. in lib. 5. Decr. Tit. 39. num. 13.* Reiffenst. *eodem Tit. num. 267.* Item Lezan. *Lib. cit. num. 1.* cum Cornexo, Babenst. *Tr. 4. Disp. 1. art. 4. n. 9.* P. Adam Huth. *ad eundem tit. q. 4.* PP. Sanct. Gallenses *Tom. 7. tr. 4. sect. 1. q. 4. concl. 3.* Quia nulla in jure præscribitur certa forma: ideóque valere possunt quæcunque verba, aut signa, quibus

significetur absolutio ab ejusmodi pœnis. Unde licet ex usu Ecclesiæ requiratur ut in absolutione exprimatur tum nomen censuræ à qua aliquis absolvitur; tum causa propter quam fuit incursa; neutrum tamen necessarium est ad valorem. Lezan. *Lib. cit.* cum aliis. Aliud est de absolutione à peccatis, quæ debet fieri verbis à Christo institutis, ut tradunt Theologi. Hæc etiam non potest dari absenti, uti potest à censuris, ex Lezan. *Tom. 3. V. Absolutio n. 16.* La Cr. *Lib. 7. num. 161.* Hinc etiam absolutiones occasione Visitationum Canonicarum Regularibus dari solitæ, possunt dari absenti. Imò id recte fieri, si subsit causa, ait Lezana *Lib. cit.* ex Avila & Laym. Item Kazenp. *Part. 1. Supplem. cap. 3. num. 59.*

Bordon. præterea *Resol. 127.* ... *80.* docet cum Diana, ex... nicationem tolli posse sine ... e excommunicati, eóque

3*tiò*. Si in casu dubio detur absolutio *ad cautelam*, addenda erit conditio *v. g.* absolvo te *si indiges*, *&c.* Vel à vinculo excommunicationis, si eam incurristi, &c.

Plura de his, vide apud citatum P. Pichler. Item Sanct. Gallen. &c.

145. Formam verò absolutionis ab excommunicatione pro foro externo habes in Rituali Romano *Part. 1. de Sacram. Pœnit.* & in Constit. Ordini Nostri *Part. 3. cap. 32.* Item Mallech. *Part. 2. pag. 52.* & apud alios.

Cæremoniæ quoque illæ: ut Pœnitens (*si Vir fuerit*) in humero denudetur, & sub recitatione Psalmi *Miserere* flagelletur, &c. tantùm pertinent ad absolutionem pro foro externo. La Cr. *Lib. 7. num. 156.* Reiff. *ad tit. de sent. excom. num. 268.* Item Lezan. *Tom. 3. V. absolutio num. 8.* P. Potest. *Tom. 1. num. 3056.* ex Clericato, &c. Unde etiam notat Compend.

Pri-

Privil. S. J. *Ver. Excommunicatio*, quòd Confeſſores in foro conſcientiæ abſolventes, non debeant mox dictam formam ſervare.

146. Septima pars Theſis dicit, quòd abſolutio danda à cenſuris *regulariter* præréquirat conditionem, ut fiat ſatisfactâ parte læsâ, &c. Ità enim ſtatuitur *Cap. Parochianos. de ſent. excom. in 5.* Item *Cap. ſolet. 2. eodem Titulo in 6.* & docent communiter cum Navar. *in Man. cap. 26. num. 7.* Laym. *Lib. 1. tr. 5. pag. 2. c. 2.* Lezana *Tom. 3. tit. Abſolutio num. 9.* Reiffenſt. *in 5. Decr. tit. 39. num. 269.* Pichler *ad eundem tit. num. 38.*

Per ſatisfactionem autem intelligitur reparatio injuriæ illatæ, facienda per recompenſationem honoris, vel famæ, vel bonorum, in quantum pars aliqua læſa eſt.

147. Huc etiam ſpectat, quòd ſi quis violet immunitatem loci Sacri per extractionem perſonæ gaudentis aſylo, non ſit abſolvendus

do-

onec reum loco Sacro restituat.
ltì decrevit S. Congreg. Immuni-
ıtis Annô Domini 1638. & ex
arinac. refert Noster Mallech. *Par.*
. *ad Constit. 3. Gregorii XI. num.*
56.

148. Dixi autem præerequiri *regula-*
iter; quia non in omnibus casi-
us censurarum habetur læsio par-
is, ideóque in talibus non exigi-
ur satisfactio, ùt *v. g.* in casu hæ-
esis, &c. P. Potest. *num. 3368.*
'ræthereà aliquando non potest sta-
im præstari satisfactio; ideóque
unc sufficit & exigi debet à pœ-
itente cautio vel pignoratitia, vel
dejussoria si fieri potest, aut si
la nequit, saltèm juratoria de sa-
isfactione postmodum præstanda.
Navar. Laym. Reiff. Lezan. *Lib. cit.*
mò pro absolutione in solo foro
nterno (maximè si censura fuit
occulta) potest sufficere cautio
incerè promissoria. Ut docet cit.
.aym. & approbat Reiffenst. aliíque
llegati *supra num. 91.* Addit re-
ctè

&c P. Poteſt. *num. 3369.* ſi impotentia ſatisfaciendi non ſolùm ſit præſens, ſed etiam ſemper futura certò prævideatur, non ſit tum exigenda promiſſio de ſatisfaciendo.

49. Cæterùm autem ſatisfactio præexigi debet *modô dictô* ſub gravi onere conſcientiæ, ità, ut ſi Confeſſarius ſcienter omitteret eam requirere & de ea monere pœnitentem, peccaret mortaliter. Quia eſt gravis materia per Sacros Canones requiſita. La Cr. *Lib. 7. num. 167.* cum Dicaſt. Item Lezan. *Lib. cit.* P. Poteſt. *num. 3363.*

Nihilominùs non eſt conditio de ſubſtantia ſeu de valore abſolutionis, cùm id nullo jure exprimatur. Ideóque illicita quidem, valida tamen fieret abſolutio, etſi non præexigeretur ſatisfactio parti læſæ præſtanda. Ita communiter DD. cum Sylveſt. & Navar. ap. Lezan. *cit.* Item Dicaſt. & Buſenb. ac Poteſt. *L. cit.*

Exci-

Excipe nisi potestas absolvendi sit delegata, sub expressa tali conditione, ut non fiat nisi satisfacta parte, Lezana *L. cit.* cum Naldo & Bonac. aliíque communiùs, teste la Croix.

150. Observandum prætereà, quòd si quis præter Privilegium, ex præciso titulo urgentis necessitatis & impedimenti adeundi Superiorem absolvatur à censura reservata, tunc tres conditiones præmittendæ sunt absolutioni, videlicet satisfactio respectu partis læsæ, ùt ante dictum. 2*dò*. Cautio juratoria vel promissoria de comparendo coram Superiore, quamprimùm commodè poterit, ut nempe frangatur contumacia censurati. Ex Cap. *quod de his 16. tit. de sent. Excom.* La Cr. *Lib. 7. num. 165.* cum Dicast. & communi. Item P. Potest. *num. 3362.*

151. 3*tiò*. Prærequiri debet promissio (& pro foro externo juramentum) de stando mandatis Eccle-

siæ,

ſiæ, id eſt, de non perpetrando ampliùs tali crimine. Ut habetur *Cap. ex tenore*, & *C. de cætero*, *tit. de ſent. Excom.* Communiter tamen notant DD. ejusmodi juramentum non eſſe exigendum, niſi in abſolutione à cenſuris incurſis ob magna & atrocia crimina. Cajet. Suar. Sanch. quos refert, & ſequitur Lezana *Lib. cit. num. 10.* La Cr. *Lib. 7. num. 164.*

152. Ex præmiſſis hâc Theſi reſolutionibus colliges particulariter: 1. Quòd Regulares vi ſuorum Privilegiorum poſſint extra Italiam abſolvere ab excommunicatione majori incurſa ob percuſſionem Clerici, ſive ea percuſſia ſit phyſicè levis, ſive mediocriter gravis, ſive atrox & enormis, dummodò non ſit publica a) Lezan. *Tom. 3.*

V. Cle-

a) Quæ dicatur percuſſio phyſicè levis, etſi aliter graviter peccaminoſa, & quæ mediocris, quæve enormis? V. expoſitum ap. *P.* Mallech. *Pag.* 555. P. Poteſt. *num.* 3568. *Bord. Reſ.* 28. *num.* 39.

V. Clericus, num. 18. P. Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Disp. 3. sect. 1. num. 33.* cum Naldo, Bord. Sanchez, Merola, Delbene, & Vidal. Item PP. Sanct. Gallen. *Tom. 7. tr. 1. sect. 3. q. 4. dub. 4. in fine* cum Molina, &c. Pichler *ad tit. de sent. Excom. num. 38.* Quia ejusmodi censura est quidem PAPÆ reservata, sed extra Bullam Cœnæ. Et licèt specialiùs reservetur cum derogatione Privilegiorum per Decretum CLEMENTIS VIII. *num. 61.* relatum, id tamen solùm pro Italia, ùt dictum *num. 62.*

Excipe: nisi percussio fiat Prælati Ecclesiæ, ùt Episcopi, aut Legati Apostolici, &c. aut alicujus recurrentis pro suis negotiis ad Curiam Romanam. Tales enim sunt de casibus comprehensis in Bulla Cœnæ.

153. Quòd si Religiosus percutiat Clericum sæcularem, ille non à proprio Superiore, sed ab Episcopo absolvendus dicitur *Cap. Religioso.*

Tit. de sent. Excom. in 6. Et si p[...]cutiat alterius Ordinis, vel Mo[...]sterii Religiosum, *per Abbatem proprium, & ejus, qui passus est in[...]juriam, absolvatur*, uti dictat c[...] *Cum illorum. 32. eòdem tit. in Decret.* Sed hæc intelligenda [...] jure communi, nam aliàs vi [Pri]vilegiorum possunt Prælati eti[am] à tali censura absolvere suos. [...] rectè tradunt Passerin. *Tr. de El[...] cap. 26. num. 67.* & Rodriq. c[...] aliis, apud ipsum. Item Lez[...] *Lib. cit. num. 12.* Bordon. *Ref.* [...] *num. 50.* debet tamen id fieri [sa]tisfactâ parte læsâ.

154. Colliges 2dò. Quòd Regulare[s] vi Privilegiorum possint extra In[...]liam absolvere etiam à censuri[s] contractis per alios 5. casus à CLE[...]MENTE VIII. exceptos per Decre[...]tum *num. 61.* adductum, & no[...]minatim ab Excommunicatione incursa per duellantes. Item [...] censuris incursis ob Simoniam re[a]lem,

, aut confidentialem; constat
ex dictis *num. 63.*
Sed limita: dummodò non sit
tum publicum & ad forum
entiosum deductum. Reiff. *ad*
Decret. tit. 3. num. 334. cum
. & Palao. Item Pichler *ad*
. tit. num. 67.
Præterea excipe Simoniam
m occultam) si commissa sit
isceptione & collatione Ordi-
. Reiff. & Pichler *LL. CC.*
Sixtus V. per Bullam: *San-*
& salutare, dispensationem
solutionem pœnarum tali Si-
iæ statutarum specialiter re-
ivit Sedi Papali, cum deroga-
e omnium Privilegiorum.
mvis autem Noster Mallech.
2. ad Const. Clem. VII. n. 9.
eat, etiam hunc casum Simo-
postmodùm à Clem. VIII. re-
itum esse solùm pro Italia; alii
en contradicunt, ùt Reiff. *L.*
num. 335. & PP. Sanct. Gallen.

Tom. 7. Tractatu 3tio, Sectione 2da, q. 2. Dub. 4. R. 5.

155. Colliges 3*tiò*. Posse Regulares vi Privilegiorum absolvere à censuris suspensionis, etiam Papæ reservatis, sed pro foro interno, & dummodò sint occultæ, & non deductæ ad forum contentiosum. Reiff. *ad 5. Decret. tit. 39. n. 255.* Sporer *in Theol. Sacram. Part. 3. cap. 6. num. 742.* P. Bonav. Leonardelli *in Decision. practicis casu 73. num. 509.* P. Pichler *ad tit. de sent. Excom. num. 44.* id exprimens de omni omninò suspensione occulta, ex Palao & Wiestner, &c. Constat ex variis Privilegiis *num. 58. & 59.* adductis.

Néque hìc excipiendi sunt casus Bullæ Cœnæ, utpote non habentes annexam aliam censuram, quàm excommunicationis.

Excipienda tamen est suspensio lata ab homine per sententiam specialem, conformiter dictis *num. 130.*

De-

Deinde observandum, quòd in absolutione à suspensione formula usurpanda sit, quam supra dedimus *num. 143.* cum tali verborum mutatione: *Absolvo te à vinculo suspensionis, quam incurristi propter crimen N. & restituo te executioni Ordinum (vel Officiorum, vel Beneficiorum) in nomine Patris, &c.*

156. Colliges *4tò.* Pariter posse Regulares vi Privilegiorum absolvere ab interdicto *personali particulari*, etiam Papæ reservato, dummodò sit occultum ut supra. Reiffen. & Sporer *LL. CC.* Pichler *cit. n. 53.*

Dixi autem: ab interdicto *personali particulari*, quô nempe particularis interdicitur persona. Nam secùs est de interdicto locali, & de personali generali, quô tota aliqua communitas personarum, *v. g.* Capitulum collectivè sumptum interdicitur. Cùm enim Privilegium Religiosorum extendat se solùm ad forum internum pœnitentiæ, huic

autem non subjiciatur locus, néque communitas, ideò nec Privilegium ad horum tollenda interdicta extenditur. Pichler *Lib. cit.* & PP. Sanct. Gallen. *Tom. 7. tr. 4. sect. 4. q. 3. concl. 2.* Busémb. *Lib. 7. cap. 4. Dub. 3.* ℞. *3.* Kazenperger *in supplem. ad Theol. Decal. cap. 3. num. 150.*

Porrò in formula absolutionis ab interdicto, hæc interserenda verba sunt: *Absolvò te à vinculo interdicti, quod incurristi propter crimen N. in nomine Patris, &c.*

157. Quæres demum pro complemento hujus Thesis: an absolvatur à censura, si quis per ignorantiam, vel oblivionem non aperuisset in confessione vinculum suæ censuræ? ℞. affirmativè; dummodò facultas Confessariis ordinaria, aut delegata, *v. g.* ex Privilegio, ad ejus absolutionem se extendat. Ita P. Thom. Tambur. *in Meth. Confess. Lib. 2. cap. 10. num. 58.* cum Suar. Item P. Poteſt. *Tom. 1.* num.

um. 3056. Busemb. *Lib. 7. cap. 1:*
Dub. 7. num. 3. Clericatus *cap.*
23. num. 16. P. Marin. *Disp. 5. de*
Pœnit. num. 65. cum Vasq. Conink,
ugo. Item la Cr. *Lib. 6. Part. 2.*
um. 1567. Quia Confessor habet,
debet habere intentionem ab-
olvendi, & fungendi suo munere
uantùm licitè potest.

Unde ex pari ratione tollitur 158.
eservatio ab habente postatem,
etsi per oblivionem pœnitens non
expressisset peccatum reservatum,
& consequenter poterit deinde
ab eo directè absolvi etiam per sim-
plicem Confessarium. Sic Tambur.
cit. cap. 9. §. 4. num. 4. cum Lu-
go, Castrop. Dicast. Item Anton.
à S. Spir. *Tr. 2. num. 89.* cum
pluribus.

At verò si pœnitens censurâ af- 159.
fectus confiteatur non habenti po-
testatem absolvendi à censura, &
absolvatur more solito, tunc cen-
sura quidem non tolletur, sed ta-
men confessio & absolutio respectu

peccatorum valida erit, dummodò pœnitens processerit bonâ fide. Ita Cajetan. Navar. Suar. Lugo, Laym. Bonac. & alii, quos citat & sequitur curiùs Salmanticen. *Tr. de Pœnit. cap. 9. num. 2.* Item Marin. *Disp. 5. de Pœnit. num. 58.* La Cr. *Lib. cit. numerò 1568.*

Quia quamvis regulariter debeat præcedere ablatio censuræ, maximè excommunicationis, absolutionem peccatorum; nullo tamen Canone Ecclesia invalidat susceptionem Sacramentorum per hoc, quòd eam prohibeat excommunicato. Unde: nisi mala fides faciat actu peccare, & sic indispositum esse pœnitentem, poterit esse absolutus à peccatis, etiam reservatis, saltèm indirectè, & simul manere ligatus censurâ, quæ non est incompossibilis cum gratia. Et ità etiam P. Potest. *Tom. 1. num. 3123.* cum Diana & alii 40. apud P. Cardenam *in 2. Crisi, Diss. à num. 450.*

CAPUT VII.

Privilegium Septimum.

uoad absolutionem aut dispensationem respectu aliarum pœnarum Ecclesiasticarum extra censuras.

THESIS SYNOPTICA.

CONfessarii Regulares Privilegiati 160. possunt *absolvere* à pœnis Ecclesiasticis privationis Officiorum, Dignitatum & Beneficiorum, vocisque activæ & passivæ, ac inhabilitatis ad Officia, vel Beneficia obtinenda. 1. Si non sint eæ pœnæ reservatæ. 2. Etiam à PAPÆ reservatis, extra Bullam Cœnæ. . Sed tantùm in foro conscientiæ. . Dummodò non sint specialiter b homine inflictæ. 5. Nec ad orum contentiosum deductæ. 6. Et excepta ea inhabilitate ad beneficium, quam contrahit, qui illud Simoniacè scienter obtinuit.

Tenent hanc Thesim Joan. à Cruce *de statu Relig. Lib.* 2. cap. 6.

Dub. 6. concl. 2. Sanch. *in Decal. Lib. 6. c. 15. num. 78.* Lezan. *Tom. 3. V. Confessarius, num. 8.* cum Barthol. à S. Fausto. Item Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Disp. 3. num. 76. & 77.* cum Fragoso & Portel. Item Sporer *in Theol. Sacram. Part. 3. num. 742.* Kazenperger *in supplem. ad Theol. Decal. cap. 3. num. 171. & 176.* ex communi DD.

161. Constat verò Thesis, tam quoad primam, quàm secundam partem ex variis Privilegiis. Ita enim Paulus III. in Bulla adducta *n. 59.* concessit Confessariis Religiosis S. J. (& per communicationem aliis) facultatem quoscunque Christi fideles *absolvendi*, ab omnibus eorum peccatis, & à quibusvis ex ipsis resultantibus sententiis, censuris, *& pœnis Ecclesiasticis*, exceptis contentis in Bulla Cœnæ. a) Præterea spe-

a) Et hoc Privilegium Pauli III. fuisse à decem subsequentibus Pontificibus confirmatum, testatur P. Bonav. Leonardelli S. J. in suis. Decis. pract. casu 100. num. 754.

.liter Prælatis Religioſis facul-
ı abſolvendi ſuos ſubditos ſi-
:r à *cenſuris & pœnis*, con-
Benedictus Papa XI. ùt ha-
in Mari Magno Eremitarum
guſtini, quod refert Rodriq.
Bullario Tom. 1. Bullâ 34.
zan. *Tom. 5. ſummæ.* Itidem
:ſſit S. Pius V. Caſſinenſibus,
Pellizar. & Peyrin. refert No-
Mallech. *pag. 75. num. 12.*
Eugenius IV. Ciſtercienſibus,
P. Lamas habet Kazenperger
it. num. 175.

162. ixi autem in Theſi: poſſunt
)ere. Nam licèt aliqui DD.
ùr voce *diſpenſationis*, veluti
ıton. à S. Spir. & Kazenp. di-
poſſe in iis diſpenſare. Nihi-
iùs Privilegium Pauli III. &
)icti XI. *ſupra cit.* uſurpant
ım *abſolvendi*. Et ita etiam
ia cum Sanch. Item Sporer
it. Videtúrque meliùs: nam
ılaritates & hujusmodi impe-
nta, cùm non ſint propriè ca-
ſus,

ſus, vel pœnæ, tolluntur, non per abſolutionem, ſed diſpenſationem, ùt docent la Cr. *Lib. 7. num. 461.* cum Dicaſt. Sporer *Lib. cit.* cum Suar. & communi DD. ergo per oppoſitum pœnæ relaxantur per abſolutionem.

163. Atque hæc eſt præcipua differentia inter abſolutionem & diſpenſationem, quòd abſolutio ſit ſententia judicialis, remittens delictum vel pœnam, diſpenſatio verò ſit exemptio ab obligatione alicujus legis, *v. g.* quâ prohibetur quis ſuſcipere Ordines, vel inire Matrimonium, &c. La Cr. *Lib. 7. n. 13.*

Verum quidem eſt, quòd inhabilitates aliquæ ſint pura impedimenta, adeóque inſtar irregularitatum tollenda per diſpenſationem, ùt tradit Sigism. à Bonon. *Tr. de Elect. dub. 97.* Si tamen principaliter in vindicationem delicti infligantur, ſunt pœnæ abſolutione relaxandæ. Id etiam verum eſt, quòd ſæpè verbum *abſolvendi* ſoleat

ssa fuisset Simonia. Pichler *ad de Simon. num. 60.* Reiff. *ibi-m num. 274.* dicens esse unani-em & certam: quia ità claré di-onit Sacrum Jus, ídque non tam poenam promoti, quàm in de-tationem abominandæ Simoniæ. netur itaque sic provisus, si in-triennium resciat de Simonia nmissa, ante omnem sententiam licis Beneficium dimittere. At t lapsum triennii, si continuò orantia duravit, titulô præscri-onis retinebit Beneficium. *Ex gula Cancellariæ, 36. de trien-i possessore.* Pichler *num. 68.* iffenst. *Lib. cit. num. 278.* cum ar. Palao, Lessio, &c. Item la *Lib. 3. Part. 1. num. 210. & q.* apud quos plura lege sis.

CAPUT VI

Privilegium Octavi

Quoad Dispensationem in Ir-
tatibus.

THESIS SYNOPTI

168\. 1. HAbita delegatione à su
latis, possunt Confess
gulares *dispensare* cum sui (
Religiosis in irregularitatib
delicto provenientibus, quib
que, exceptô homicidiô v
riô injustô, ac mutilatione,
riis. 2. Etiam possunt cum
cularibus, qui volunt Reli
consortio aggregari. 3. Pr
liùs possunt iidem Confessi
spensare cum aliis pœnite
Sæcularibus in irregularitati
delicto, eóque occulto, pr
entibus. 4. Sed hoc non
nisi in casu gravis necessitati
cticandum.

169\. Prima pars Thesis habet
variis Summorum Pontificu

egiis, quibus concesserunt Præ-
s Ordinum facultatem dispen-
di cum suis subditis in irregula-
tibus ex delicto. Ita SIXTUS IV.
cessit Ordinis Prædicatorum
oribus etiam Conventualibus
ultatem dispensandi cum suis
defectum natalium patientibus,
, qui ex quavis causa, præter-
m homicidii voluntarii, biga-
& mutilationis membrorum
gulares forent, dispensandi - - -
defectu & irregularitate hujus-
di non obstante, ad quoscunque
vos Ordines - - - & ad quæ-
que officia assumi, illáque
rcere liberè valeant. Utì ha-
ur in Bulla: *Regimini.* §. *42.* quæ
Mare Magnum Ord. Præd. &
ertur à Laërtio Cherubino *in*
llario communi Tom. I. Con-
tio, Lezana, &c. Simile Pri-
egium concessit PAULUS III. So-
etati JESU, ùt habet Compen-
um Privilegiorum ejusdem So-
etatis, *Tit. Dispensatio,* §. *2.*

Plura alia referunt Rodriq. Donatus, Bordon. & alii, ac nonnulla præterea adducemus infra.

170. Jam verò, quia hæc facultas annexa est officio Prælatorum, & sic transit in ordinariam, ideo potest delegari, juxta dicta *num 27.* Sicque in re præsenti docent Pichler *Lib. 5. Decr. tit. 12. num. 35.* Geisser *de Privil. Benedictinis Part. 1. num. 200.* Kazenp. *in supplem. Th. Decal. c. 3. num. 167.* & consequenter Confessarii habita tali delegatione dispensare valebunt, &c.

Dixi autem *dispensare*, quia irregularitates non per absolutionem, sed dispensationem tolluntur, ex *num. 162.* Et hinc per illa Privilegia, quibus præcisè conceditur absolutio à censuris & pœnis, non intelligitur concessa facultas tollendi irregularitates. Laym. *Lib. 5. tr. 6. cap. 10. num. 18.* La Cr. *Lib. 7. num. 461.* Sporer *num. 742.* Lezana *Tom. 1. cap. 19. num. 14* attestans hunc esse Stylum Cu-

riæ

riæ Romanæ, qui facit legem) aliique contra Sanch. Barth. Medinam Cornejo, & Cordubam. (Item contra P. Zetl. *Part. 1. num. 26.*) qui nomine pœnarum, volunt comprehendi etiam irregularitates ex delicto, ùt refert Moya in *selectis Tr. 5. q. 4. num. 1.* Quamvis enim ejusmodi irregularitates imponantur per modum pœnæ, attamen vel non sunt propriè pœnæ, ùt dicit Bonac. *Tr. de Censur. Disp. 7. pu. 1.* Item Laym. & Busemb. vel tantùm secundariò sunt pœnæ, & principaliter sunt Canonica impedimenta, ùt habet communis DD. cum Suar. & Sporer.

171. Dixi 2. in irregularitatibus *ex delicto.* Nam de irregularitatibus ex defectu alia ratio est: quædam enim ex iis sunt indispensabiles, quamdiu durat defectus, vi cujus illum patientes redduntur inhabiles ad exercendos actus Ordinis in ministerio Altaris. Tales sunt irregularitates quædam *ex defectu*

corporis, ùt si quis sit cæcus simpliciter, mancus seu manû carens, hermaphroditus secundùm utrumque sexum æqualiter, &c. Item quædam *ex defectu animæ*, ùt perpetuò amens, aut epilepticus, &c.

Aliquæ possunt per se cessare, nimirum cessante defectu & tunc non indigent dispensatione; ùt si cæcus ex morbo recuperet visum, & dum debitam ætatem attingit, cui illa priùs deerat, &c.

Quædam verò sunt dispensabiles stante etiam defectu, ùt si quis sit monoculus carens oculô sinistrô, si notabiliter gibbosus, &c. Sed quantùm se extendat potestas Prælatorum ad dispensandum in hujusmodi, est alibi videndum: Confessariis enim id tantoperè necessarium scitu non est. Imò nec posse in irregularitatibus ex defectu dispensare Prælatos Regulares, nisi Generales & Provinciales, dicit P. Kazenp. *Lib. cit. num. 168.* cum Herinx.

Dixi

Dixi 3. *quibuscunque*, ut vi- 172.
licet nec sint excipiendæ noto-
æ irregularitates ex delicto ortæ,
præter duas subnexas. Ita Bordon.
Vol. 11. num. 4. cum Navar. Si-
mon. à Bononia & Megala. Item
Diff. *in 5. Decr. tit. 37. num. 97.*
cum Rodriq. Ubi solùm excipit
homicidium notorium. Ità etiam
Lazenp. *in suppl. ad Theol. Decal.*
p. 3. num. 167. &c. Quia Pri-
vilegium Sixti IV. *num. 169.* alle-
gatum, aliáque similia non restrin-
gunt ad irregularitates occultas.

Præterea Martinus V. conces-
it Prioribus S. Benedicti Vallis
Oleti, ut possint in foro conscien-
tiæ cum suis Religiosis dispensare,
super omni irregularitate, etiam
in illis casibus, in quibus Papa sibi
dicem reservat, scilicet in morte,
& membrorum truncatione, dum-
modò factum horum duorum non
sit notorium. Uti referunt Sor-
bus, Portel, & ex iis Bordon. *Res.*
3. num. 14. Item Sbogar *tr. 62.*

num. 28. Kazenp. *Li*
pend. Privil. Soc. J.
tio. §. 5.

Simile item Privi
cessit JULIUS II. Ordini
rum, ùt testatur Reve
P. Vinc. Candidus Sacri
gister, & ex eo P. Mo
3. *num.* 1. Bordon. *Lib*
Sorbo & Peregrino.

In his autem ambobu
giis non restringitur ad i
tates occultas, nisi solùm
bus homicidii & mutilation

173. Quanquam autem Privi
MARTINI V. fuerit vivæ voc
culum, fuit tamen authenti
teste cit. Bord. & Kazenp. c
Cassarub. ejúsque originale se
Vallis Oleti, refert Comp. Pr
S. J. Unde non subest revoca
ni Oraculorum vivæ vocis, Re
Lib. 5. *tit.* 33. *num.* 158. Kazen
Lib. cit. cap. 2. *num.* 441.

Accedit, quòd post MARTINU
V. & JULIUM II. varii Pontifice
con-

confirmaverint Privilegia Regularium etiam vivæ vocis Oraculô concessa, utì referunt Diana, Peyrin., aliique apud Mallech. *in Quadrip. Part. 1. num. 66.* Item la Cr. *Lib. 1. num. 856.* & signanter S. Pius V. in Bulla. *Etsi Mendicantium* Annô Domini 1567. edita, quam refert Mallech. *parte 4. pag. 464.* Item GREGORIUS XIII. Bullâ : *Ex benigna* Annô 1575. & CLEMENS VIII. Bullâ: *Ratio Pastoralis*, Annô 1597. pariter confirmarunt etiam vivæ vocis Oracula Ordini Minorum facta, ùt testantur Reiff. *Lib. cit. num. 160.* Mallech. ubi supra. Kazenp. *Lib. cit. cap. 2. num. 441.* a) Atque ità vim obtinuerunt Privilegii Bullati, per consequens non comprehenduntur sub revocatione Oraculorum vivæ vocis, quæ concessa fuerunt usque ad ejusmodi confirmationes. Ut tenent Lezana. *Tom. 3. V. Oracula num. 7.*

 cum

a) Bullas ipsas per extensum habes apud *Reiff. Lib. 5. Decr. Tit. 33.*

cum Peyrin. Item Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Disp. 1. num. 35.* addens Vidalium, Garciam, Samuellium, & plures. Accedit P. Reiff. *Lib. cit. num. 159.* Sbogar *Lib. cit. num. 30.* Noster Mallech. *Part. 1. num. 66.* P. Moya *in selectis tr. 5. q. 3. n. 6.* dicens esse communem DD.

174. Dixi 4. *exceptò homicidiò voluntariò injustò, & mutilatione notoriis.* Isti enim duo casus si *notorii* sint, expressè excipiuntur etiam in præcitatis Privilegiis MARTINI V. JULII II.

Intelligenda verò est notorietas juris, ut sit deductum ad forum contentiosum: nam secùs & si aliquomodò publicum sit homicidium, possunt super irregularitate inde contracta dispensare Prælati Regulares cum suis, uti ex Privilegio EUGENII IV. concesso Benedictinis affirmant P. Moya *Lib. cit.* cum M. Antonio Hinoiosa & Leandro à Sacramento. Item ex alio PAULI III. Em. Rodriq. Portel,

Bau-

Bauny, Machado & Chassaing. apud eundem Moya *num. 5.* Accedit Hier. Rodriq. *Resol. 52. num. 25.* & Bord. *Resol. 13. num. 16.*

175. Certiùs est, quòd possint dispensare in casu homicidii voluntarii non in se, sed in causa (quod etiam dicitur *casuale*) etsi esset graviter culpabile, *v. g.* ex immoderata sui defensione vel ommissa diligentia ad præcavendam mortem, &c. Idque etiam pro foro externo, & licèt esset publicum. Quia dum jura excipiunt homicidium voluntarium, intelligunt simpliciter voluntarium, & non casuale.Ità Barbosa *de Potest. Episc. Part. 2. Allegat. 39. num. 47.* Item Turrian. Vechius, Diana, aliíque, quos citat & sequitur Bordon. *Lib. cit. n. 10. & 17.* Item Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Disp. 1. numerò 79.*

176. Secunda pars Thesis, quòd possint dispensare in irregularitatibus, etiam ex homicidio voluntario, cum iis sæcularibus, qui volunt

Religionis consortio aggregari, habetur ex Privilegio per S. PIUM V. concesso Prælatis Congregationis Cassinensis, quod refert P. Peregrinus *V. Dispensatio*, *§.* *2.* & partim Bordon. *Lib. cit. num. 14.* A fortiori autem possunt sic dispensare cum Novitiis etiam quoad irregularitates in sæculo contractas, ùt expreßè concessit GREGORIUS XI. Privilegiô insertô Mari Magno Ordinis Prædicatorum *§. 16.* & SIXTUS IV. Ordini Carmelitarum. De quibus videri potest Lezana *Tom. 1. num. 8. 9. & 10.* Accedit, quòd Novitii in favorabilibus veniant nomine Religiosorum, ùt docent communiter cum Sanch. Azor. Suar. Bonac. ap. Dianam *Part. 3. Tr. 2. Res. 73.* & Bordon. *Res. 3. num. 11.* Anton. à S. Spir. *Tr. 3. Disp. 2. num. 194.* ex *Cap. Religioso de sent. Excom. in 6to.*

177. Tertia pars Thesis, quòd possint Confessarii deputati Regulares etiam cum aliis sæcularibus pœniten-

tentibus dispensare in irregularitatibus ex delicto, *eoque occulto* provenientibus, propugnatur à multis, & eruditissimis Doctoribus. Ità enim tenent Illustrissimus Franc. Aravio Episc. Segobien. M. Anton. Hinoiosa, Portel, Corduba, Chassaing. Rodriq. Joan. à Cruce, & alii, quos citat, & sequitur P. Moya *Tr. 5. q. 4.* Item P. Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Disp. 3. num. 65.* cum Vega, Henriq. Bellasio, Pellizar. Bauny, Urbano ab Ascens. & Leonardo à Murcia. Item P. Kazenp. *ubi supra num. 170.* cum Bernardo Sannig, Martino à S. Joseph., Sorbo, Bassæo. Item Geisser *Part. 1. num. 210.* cum Bonagratia, aliisque.

178. Fundatur assertio in Privilegiis Sixti IV. & Julii II. Nam inprimis Sixtus IV. Fratribus Ordinis Minorum Bullâ 9. *concessit facultatem ad confessiones audiendas, & ab omnibus excommunicationibus, suspensionibus & interdictis, & super quacunque irregularitate.*

Ordi-

Ordinario, tam à jure, quàm ab homine reservatis, toties, quoties opus fuerit, absolvendi, dispensandi, ac vota quæcunque commutandi, sicut potest Diœcesanus. Proùt habetur in libro intitulato: *Monumenta Ordinum*, & referunt citati Moya, Anton. à S. Spir. & Kazenp. Item Cassarub. *in Compend. Privil. V. absolutio*, aliíque. Idem verò Privilegium confirmavit Julius II. ùt refert P. Peyrin. *ad Constit. 1. Julii II.* & testatur P. Moya cum M. Hinoiosa, atque Anton. à S. Spir. &c.

179. Quia ergo per S. Concil. Tridentinum *sess. 24. cap. 6.* de reform. facultas conceditur Episcopis *in irregularitatibus omnibus, & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus, exceptâ eâ, quæ oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum dispensare*; pariter vi Privilegiorum allegatorum ea potestas tribuitur Regularibus Con-

fessa-

fessariis per Prælatos suos deputatis.

180. Oppositam quidem sententiam tenent aliqui, ùt Petr. Passerinus, *de hominum statibus q. 187. art. 1. num. 810.* Lezan. *Tom. 1. cap. 19. num. 14.* P. Potestas *num. 4391.* sed nihil convincens adferunt. Nam licet CLEMENS VIII. in Bulla: *Quæcunque §. 9.* decréverit, quòd Confessarii Regulares non possint cum aliquo super irregularitatibus, tam ex aliquo defectu provenientibus, quàm occasione delicti contractis, dispensare prætextu dictorum Privilegiorum. Ibi tamen solùm loquitur de Privilegiis concessis intuitu erigendarum & instituendarum Confraternitatum seu Congregationum, non de aliis, ùt patet consideranti Bullam, videndam apud Mallech. *Part. 4. pag. 633.* aut *in 3. Tomo Bullarii.*

181. Præterea, dum aliqui arguunt illud Privilegium non esse in usu, nihil id probat: quia cùm sit pro

foro

ſoro conſcientiæ, & conſequenter uſus ejus ſecretiſſimus, non poteſt cum fundamento affirmari, illud non eſſe in uſu, ſaltèm apud doctos, ùt benè reponit Moya, *Lib. cit. num. 6.* Deinde Anton. à S. Sp. *Lib. cit.* ex P. Bauny teſtatur id eſſe in uſu. Imò P. Steph. Alvin. cit. apud P. Bonagratia *V. Irregular.* & Geiſſer *num. 210.* teſtatur hoc Privilegium etiam Romæ in praxim deduci.

Cùm igitur nihil convincens afferatur in oppoſitum, & materia ſit favorabilis non ſolùm Confeſſariis, ſed & pœnitentibus, meritò eſt Privilegium in ordine ad eam amplè interpretandum. Ita Sannig, & Geiſſer. cit. cum aliis.

182. Quarta pars Theſis, quâ dicitur, memoratum erga ſæculares Privilegium non facilè, niſi in caſu gravis neceſſitatis practicandum, eſt de meliori conſilio. Quia uſus illius foret odioſus Reverendiſſimis Epiſcopis, ad quos rarus eſſet

sæcularium recursus pro dispensatione irregularitatis. Unde eum usum dissuadent P. Laurent. Portel. *in Dub. Regular. V. Confessor. num.* 33. Item P. Moya *Lib. cit. num.* 8. cum Diana. Et Cassarab. *in Compend. Privil. V. Absolutio quoad sæculares*, dicit non esse securum eâ gratiâ uti quoad sæculares. Item P. Gerard. Zetl. *in suo Confessario Parte* 1. *num.* 30. ait: parcè eô utendum, ut vitentur offensiones Reverendissimorum Ordinariorum.

183. Alia verò ratione sæpiùs potest alleviare pœnitentem Confessarius, si diligenter observet, ad irregularitatem *ex delicto* incurrendam requiri tria; videlicet: ut actus delicti sit *externus*, *consummatus*, & *mortalis*, seu graviter peccaminosus. P. Potestas *Tom.* 1. *num.* 4418. Kazenp. *in supplem. ad Theol. Decal. Cap.* 3. *num.* 156. Item PP. Sanct. Gallen. *Tom.* 7. *tr.* 4. *sect.* 5. *q.* 3. *concl.* 2. cum Soto,

Na-

Navar. Suar. & communi. Quia odia sunt restringenda, & irregularitas, est grave incommodum, consequenter odiosum; adeóque restringendum ut non nisi ob gravem & consummatam culpam dicatur imponi. De quibus plura, videantur apud Casistas.

184. Hinc verò particulariter notandum, quòd quamvis censuratus *violans censuram*, id est, si excommunicatione, suspensione, aut interdicto personali innodatus, exerceat solemniter actum Ordinis majoris a) irregularitatem eô ipsô incurrat, ex *C. Is qui.* Et *C. Illorum de sent. Excom. in 6.* Ab ea nihilominùs excusetur, si id faciat ratione necessitatis, vel titulô scandali vitandi, aut justi metûs causâ,

a) Dicitur Ordinis majoris: nam Ordinis minoris actus etiam solemniter exercentur ex consuetudine per Laicos, unde per talium exercitium censuratus non fit irregularis. Bonac. *Tr. de Censur. Disp.* 7. *q.* 3. *p.* 5. *1.* cum Toleto, Navar. Avila & com-

sâ, vel ob ignorantiam. Quia ista excusant à peccato gravi, & consequenter à pœnis Ecclesiasticis, &c. P. Potestas *num. 4367.* Corella *Tr. 12. num. 24.*

185. Formula porrò dispensandi super irregularitate est hujusmodi: *Et dispenso tecum super irregularitate, quam incurristi ob talem causam N. & habilito ac restituo te executioni Ordinum & Officiorum tuorum. In nomine Patris, &c.*

Danda est verò hæc dispensatio post absolutionem à peccatis. Si verò dispensandus sit Laicus sæcularis, nullum habens Ordinem, locô illorum verborum: *habilito, & restituo, &c.* dicendum est: *habilem te reddo ad Ordines suscipiendos.*

Quòd si quis habeat plures irregularitates, & dispensans possit ac velit omnes tollere, dicat in plurali: *dispenso tecum super irregularitatibus, quas, &c.*

186. Tandem observandum, quòd Privilegiatus ad dispensationem impertiendam videre debeat, ut adsit legitima & sufficiens causa: quia inferior & delegatus nec licitè nec validè potest dispensare in lege Superioris, nisi ad id habeat justam causam, ùt est communis doctrina in Tractatu de legibus.

Præterea debeat dispensando in irregularitate ex delicto imponi condigna pœnitentia. Ita enim habet praxis Ecclesiæ, & Conc. Trident. *sess. 24. c. 6. de Reform.* idem imponit Episcopis, ut dispensent imposita pœnitentia salutari. Vide P. Portel *Lib. cit. num. 38.* & Kazenp. *num. 163.*

vel ob ignorantiam. Quia ista
cusant à peccato gravi, & conse-
enter à pœnis Ecclesiasticis, &c.
Potestas *num. 4367.* Corella
12. num. 24.

Formula porrò dispensandi su- 185.
r irregularitate est hujusmodi:
dispenso tecum super irregulari-
e, quam incurristi ob talem cau-
N. & habilito ac restituo te
cutioni Ordinum & Officiorum
rum. In nomine Patris, &c.

Danda est verò hæc dispensa-
post absolutionem à peccatis.
verò dispensandus sit Laicus sæ-
laris, nullum habens Ordinem,
cô illorum verborum : *habilito,*
restituo, &c. dicendum est: *ha-*
lem te reddo ad Ordines susci-
ndos.

Quòd si quis habeat plures ir-
gularitates, & dispensans possit
velit omnes tollere, dicat in
urali: *dispenso tecum super irregu-*
ritatibus, quas, &c.

inferior & delegatus nec li
validè poteſt diſpenſare in
perioris, niſi ad id habeat
cauſam, ùt eſt communi
na in Tractatu de legibus.

Præterea debeat diſp
in irregularitate ex delicto
condigna pœnitentia. Ita
habet praxis Eccleſiæ, &
Trident. *ſeſſ. 24. c. 6. de*
idem imponit Epiſcopis,
ſpenſent impoſita pœnite
tari. Vide P. Portel *Lib.*
38. & Kazenp. *num. 163.*

num. 248. reſolvetur, an ſaltèm in caſu gravis & urgentis neceſſitatis diſpenſare queant in ejusmodi voto reſervato.

189. Secunda pars Theſis, quòd probabiliùs non poſſint Confeſſarii Regulares diſpenſare in impedimento dirimente, contracto ratione affinitatis, quantùmvis occultæ, eſt communiſſima inter DD. paucis exceptis. Quia nullibi reperitur clarum aliquod & authenticum Privilegium, ejusmodi facultatem Regularibus concedens.

Refertur quidem LEO PAPA X. Patribus Auguſtinianis conceſſiſſe Bullatum Privilegium hoc tenore: *Quòd cum his, qui in primo affinitatis gradu ſcienter aut ignoranter contraxerunt, modò notorium id non fuerit, neque in judicium productum, diſpenſare valeant, ut de novo contrahant, & in eodem contracto Matrimonio remaneant, prole etiam legitima.* Ita refert P. Vera Crux Auguſtinianus, *in Spe-*

 culo

culo aureo Art. 27. P. Em. Rodriq. P. Quintanad. & ex iis Reiffenst. *Lib. cit. num. 544.* & Kazenp. *num. 390.*

190. Verumtamen præfatum Privilegium impugnant cit. Rodriq. *Tom. 3. Qq. Regularium q. 2. art. 2.* Sanch. *lib. 9. de Matr. Disp. 6. num. 28.* Gobat *in Theol. Experim. tr. 9. num. 720.* Pichler *in Lib. 4. Decret. Tit. 16. num. 34.* aliique.

Tum quia nullibi habetur ejus Originale aut copia authentica, sed solus allegatur præcitatus Paragraphus: nec proinde satis constat, an fuerit Privilegium Bullatum, vel purum vivæ vocis Oraculum. Tum quia ostendi ex eo nequit, an sit concessum per modum Privilegii, & toti Congregationi Religiosæ, vel potiùs (ùt plures censent) tanquam particulare indultum, pro uno alteróve casu datum, &c.

Hinc

'um. 248. reſolvetur, an ſaltèm in aſu gravis & urgentis neceſſitatis .iſpenſare queant in ejusmodi vo- o reſervato.

Secunda pars Theſis, quòd pro- 189. abiliùs non poſſint Confeſſarii Re- ;ulares diſpenſare in impedimento lirimente, contracto ratione affi- ıitatis, quantùmvis occultæ, eſt :ommuniſſima inter DD. paucis xceptis. Quia nullibi reperitur larum aliquod & authenticum Privilegium, ejusmodi facultatem Regularibus concedens.

Refertur quidem Leo Papa X. Patribus Auguſtinianis conceſſiſſe Bullatum Privilegium hoc tenore: *Quòd cum his, qui in primo affi- ıitatis gradu ſcienter aut ignoran- er contraxerunt, modò notorium d non fuerit, neque in judicium roductum, diſpenſare valeant, ut le novo contrahant, & in eodem ontracto Matrimonio remaneant, role etiam legitima.* Ita refert P. Vera Crux Auguſtinianus, in Spe-

 culo

zenp. *num. 390.* P. Beniamin Elbel *in Conferent. de Matrimon. Conf. 20. num. 496.* P. Gerard. Zetl. *Par. 1. num. 19.*

192. Tertia pars Thesis, quòd Regulares vi suorum Privilegiorum prorsus non possint in ullis aliis impedimentis dirimentibus dispensare certa est. Quia nullo jure, aut Privilegio talis potestas eisdem data est. P. Kazenp. *Lib. cit. num. 392.* P. Elbel ubi supra. Zetl. *Part. 1. num. 18.* Et P. Pichler *Lib. cit.* oppositam quorundam sententiam dicit, neque ratione, neque authoritate probabilem. Gobat *in Theol. Experim. tr. 9. num. 721.* asserit periculosam, & nullatenùs practicandam. Concordat Reiffenst. *in Append. cit. num. 540.*

193. Quarta pars Thesis exceptiva est: nisi alicui concedantur facultates Missionariorum. Nam Missionariis Apostolicis concedi solent à Sacra Sede speciales facultates, ...m ad dispensandum in quibus-

dam

Hinc Diana *Part. 2. Tr. 2. Ref.* 191.
7. dicit, nimis ſe dubitare de eo
'rivilegio, & Steph. à S. Paulo
Tr. 5. Diſp. 8. num. 89. ait, illo
ti non poſſe Regulares. P. Pich-
er *Lib. cit.* ſententiam ei innixam
abere apparentem probabilita-
em, & ejus praxim non eſſe ſatis
utam. La Cr. *Lib. 6. Part. 3.*
um. 892. inquit cum P. Carde-
as, vix tenuiter eſſe probabilem.

Mihi ſufficiat dixiſſe noſtram
ententiam negativam eſſe proba-
iliorem, & relinquere plenam pro-
abilitatem oppoſitæ, defendenti,
egulares poſſe vigore illius Privi-
gii Leonis X. diſpenſare in im-
edimento occulto affinitatis, íd-
ue duntaxat poſt contractum (ſeu
undem bona, ſeu mala fide) Ma-
rimonium.

Cui probabilitatem conciliant
ximii quidam DD. eam propu-
nantes utì P. Vera Crux & Chaſ-
ing, quos citat & ſequitur P.
eiff. *Lib. cit. num. 542.* Item Ka-

Bordon. *Resól. 15. num. 31.* La Cr. *Lib. 6. Part. 3. num. 891.* Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Disp. 3. n. 83.*

Quia primò S. Pius V. Annô Domini 1569. concessit Franciscanis hujuscemodi verbis: *Possunt dicti Confessarii, si sint viri docti, & juxtà formam Concilii Tridentini approbati, ex comissione Provincialis dispensare ad petendum debitum cum his, qui post votum simplex Castitatis Matrimonium contraxerunt. Et cum iis qui Consanguineum vel Consanguineam sui Conjugis post Matrimonium carnaliter cognoverunt.* Ità referunt Sorbus, & Rodriq. in Compendio Privil. Utì etiam Comp. Privil. Soc. JESU *Tit. Dispensatio. §. 8. & 9.* aliíque.

Nec obstat id fuisse vivæ vocis Oraculum, quia postmodùm per Bullas confirmatum est, secundùm dicta *num. 173.*

105. Nihilominùs cùm aliqui DD. adhuc dubitent de vigore talis Oraculi,

culi, ſecundò firmatur noſtra Theſis hac ratione: quia Confeſſarii Regulares poſſunt ex plurium Pontificum certis Privilegiis diſpenſare in omnibus votis, in quibus jure ordinario poſſunt Epiſcopi, ùt habet recepta DD. ſententia, & oſtendetur *infra num. 215.* & conſequenter in impedimento inde orto, utì nemo dubitat. Inſuper etiam poſſunt Epiſcopi diſpenſare *in parte* voti reſervati Caſtitatis, videlicet ut Conjux qui illud emiſit ante initum Matrimonium, poſſit debitum petere, prout cum multis à ſe citatis docet Sanch. *Lib. 8. de Matrim. Diſp. 12. num. 4.* Reiffenſt. *Lib. cit. num. 564.* PP. Sanct. Gallen. *Tom. 7. tr. 1. ſect. 3. q. 6. pag. 244.* aliique paſſim: quia pars illa voti non eſt affecta reſervatione; ergo pariter poſſunt diſpenſare Religioſi Privilegiati.

Ex his verò colliges 1. Quòd 196. iidem Privilegiati poſſint diſpenſare in memorato impedimento ad peten-

petendum debitum, tametsi proveniret ex voto simplici PAPÆ reservato. Bordon. *Lib. cit. num. 31.* cum Sanch. & sequitur ex dictis: quia pars illa voti non afficitur reservatione.

197. Colliges 2. Quòd si votum illud fuerit reservatum PAPÆ, seu Castitatis perfectæ & perpetuæ, tunc dispensatio data à Confessario Privilegiato, non erit in ipso *voto* quoad se, sed tantùm in ordine ad petendum debitum, & respectu voti potiùs erit suspensio quàm Dispensatio. Steph. à S. Paulo *Tr. 4. Disp. 12. num. 84.* cum P. Virginio Alviset. Item Heinlein *in sua Medulla Art. 4. casu 76. Resp. 10.* Concordant Sanct. Gallen *Lib. cit.* Bordon. *Res. 15. num. 31.* P. Potest. *Tomo 1. numerô 4302.*

Unde pœnitens sic dispensatus moneri debet, quòd adhuc habeat superstes votum Castitatis, vi cujus specialiter obligatur ab actibus luxuriosis (extra licitum usum

Con-

jugii) abstinere, ità, ut si for-
tur, peccabit etiam Sacrilegiô
violationem voti. Prætereà,
d mortuo altero Conjuge,
possit transire ad alias nuptias.
'otest. *Lib. cit.* cum Diana,
ibur. Rodriq. &c. Item Bor-
, *cit.* cum Sanch. Sanct. Gallen.
teph. à S. Paulo, citat. la Cr.
3. Parte prima numerô 564.

198. Sexta pars Thesis, quòd pos-
Confessarii Regulares à suis
latis *specialiter deputati* dispen-
in impedimento usûs Matri-
iii, *seu ad petendum debitum*
jugale, etiam cum conjuge
stuoso, qui post contractum
rimonium carnaliter peccavit
i suæ conjugis consanguinea
primum, aut secundum gra-
*, Probatur *imò* ex Privilegio
i V. supra adducto *num. 194.*
ex Privilegio Julii II. Papæ,
d de mandato ejusdem Ponti-
per modum rescripti datum
est.

eſt Prioribus Congregationis Valliſoletanæ Ordinis S. Benedicti, ùt refert Rodriq. *in ſuo Bullario*, Joan. à Cruce *Lib. 2. de Privil. cap. 6. Dub. 9.* Lezan. *Tom. 3. V. Affinitas. num. 4.* Idem vel ſimile reſcriptum ab eodem Julio datum Benedictinis Congregationis Caſſinen. refert authenticum Bullarium Caſſinenſe, & ex eo Petr. de Murga *Tom. 2. Disquiſitionum Moralium, Disq. 1. Dub. 13. num. 121.* P. Reiff. *in cit. Append. numerô 572.*

Ideóque præter mox allegatos DD. tenent productam partem Theſis, Sanch. Vera Crux, Sorbus, Henriq. Quintanad. ap. Reiff. *Lib. cit.* Item Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Diſp. 1. num. 108. & 111.* cum M. Candido, Pellizar. Lamas. Item Bordon. *Reſ. 6. num. 23.* Steph. à S. Paulo *Tr. 4. num. 82.* P. Poteſt. *Tom. 1. num. 4302.* Sporer *in Theol. Sacram. Part. 4. num. 483.* & communiter Auctores, qui de hoc ſcripſerunt teſte Lezana *Lib.*

cit.

cit. Eamque ſententiam certiſſimam dicit Leander à Sacram. *Part.* 2. *Tr.* 9. *Diſp.* 24. *q.* 26. & absque ſcrupulo poſſe practicari, ait Bordon. *in Miſcellan. Deciſ.* 474.

199. Dixi autem Confeſſarii *ſpecialiter deputati.* Requiritur enim conceſſio aut deputatio obtinenda, vel à P. Provinciali, juxta quod exigit Privilegium S. Pii V. ſupra cit. Idque etiam prætendunt P. Poteſt. *num.* 4303. cum Peyrin. & Diana, vel ſaltèm à Priore Monaſterii ex allegato n. præc. Julii II. Privilegio. Et ità tenet etiam Lezan. *Lib. cit. num.* 5. qui præterea adjungit, non debere eam poteſtatem committi indiſcriminatim quibuslibet, ſed ſpecialiter doctis & prudentibus. Notat inſuper idem Lezana, utì & Anton. à S. Sp. *num.* 111. datam ejusmodi commiſſionem poſſe ad nutum concedentis revocari.

200. Quia tamen non pauci DD. cenſent, non requiri ſpecialem de-

pu-

putationem aut licentiam ad uſum hujus Privilegii, ſed ſufficere generalem. Uti M. Candidus, Martin. à S. Joſ. Machado & alii relati ap. Anton. *Lib. cit. num. 112.* Item Reiffenſt. *cit. num. 580.* & P. Peregrinus *in Compend. Privil. ſui Ordinis Part. 1. Tit. Diſpenſatio §. 8.* poteſt horum opinio probabilis ſervire ſaltèm pro caſu, dum licentia ſpecialis peti non poteſt, & uſum Privilegii poſtulat commodum, & ſalus animæ pœnitentis; ùt benè notat P. Zetl *Part. 1. num. 20.* præcipuè, cum in hac materia non agatur de valore Sacramenti, ſed de honeſtate actûs.

201. Dixi 2. In impedimento uſûs, *ſeu ad petendum debitum.* Nam etiam Conjunx inceſtuoſus non privatur jure debitum reddendi, ſed dum alter conjunx innocens illud rationabiliter petit, tum ille non ſolùm poteſt, ſed etiam tenetur id reddere. Ut habet communis & certa ſententia, & clarè ex-

prim.

primitur in jure Sacro *Lib. 3. tit. de Consanguinit. cap. 6. & 10.* adjecta ratione *cùm affinitas post Matrimonium iniquè contracta illi nocere non debeat, quæ iniquitatis particeps non existit.* Plura autem hanc materiam concernentia videnda in Casuistis, aut etiam in Canonistis ad *tit. cit.*

202. Dixi 3. Qui peccavit cum conjugis consanguinea *intra primum, aut secundum gradum.* Nam Privilegia citata non limitant ad gradum secundum. Uti neque DD. supra allegati. Imò quidam exprimunt, etiam de incestu commisso cum consanguinea in primo gradu. Ut Reiffenst. *Lib. cit. num. 571.* P. Corella *tr. 17. num. 230.* cum Leandro à Sacram. &c.

Cæterùm autem si incestus committatur cum suæ conjugis in 3*tio* vel 4*to* gradu consanguinea, is neque indiget dispensatione ad petendum debitum. Quia affinitas contracta *ex copula illicita* non

ſe extendit ultra ſecundum gradum, juxta novum Jus Concilii Tridentini *ſeſſ. 24. de Reform. Matr. cit. 4.* per conſequens nec privatur jure petendi debitum conjunx ſic peccans, ùt rectè obſervant Sanch. *Lib. 7. de Matr. Diſp. 15. num. 4.* P. Poteſt. *Tom. 1. num. 4302.* Reiff. *ad tit. de Conſanguinit. num. 54.* Sporer *Lib. cit. num. 83.* P. Januſſovski in ſententiis Moralibus *Lib. 2. Diſt. 90. concl. 10.* cum Joan. à Cruce, &c.

203. Ad hæc pro uſu dictæ facultatis notandum eſt 1. Eâ utendum eſſe intra Sacramentum Confeſſionis. Lezana *Lib. cit. num. 5.* dicens ita ſupponi in Litteris Privilegialibus Julii II. per illa verba: *Confeſſiones diligenter audire, &* illis *pœnitentiam ſalutarem injungere.* Unde & Poteſt. *num. 4304.* dicit cum Diana, non poſſe Confeſſarios Privilegiatos dicta poteſtate uti, niſi in Sacramento Confeſſionis. Quanquam Bordon. *Reſ.*

6. num.

6. num. 24. cum aliis. Item Anton. à S. Sp. *Lib. cit. num. 116.* Item Sporer *Lib. cit.* cum Gobat, dicant eam diſpenſationem fieri poſſe extra Sacramentum. Credo ego, quòd validè, etſi non licitè, niſi juſta id ſuadeat cauſa. Vide dicta *num. 136. & 138.*

Notandum 2. Poteſt tamen ea diſpenſatio dari etiam extra Eccleſias ſuorum Conventuum. Ità P. Hyac. Donatus *Tom. 3. tr. 4. q. 40.* quem citat, & ſequitur P. Januſſovski, *Addit. 5. ad Diſt. 90. libri ſecundi.* Item Anton. à S. Sp. *num. 111.* aliique contra Lezanam & P. Poteſt. Quia nec Privilegium S. Pii V. *num. 194.* adductum, nec alterum Julii, prout illud refert Reiffen. *in ſup. cit. Append. n. 572.* reſtringit uſum facultatis conceſſæ duntaxat ad Eccleſias proprias. 204.

Notandum 3.. Pœnitentem inceſtuoſum poſſe non raro excuſari ab incurſu dictæ pœnæ, ſeu privationis juris ad petendum debitum, 205.

ut proinde tunc neque ſit neceſſaria diſpenſatio. Idcircò dum conjunx aliquis ſe accuſat de inceſtu commiſſo, Confeſſarius non eum ſtatim condemnet ad pœnam dictæ privationis, ſed primò indaget, an inceſtum commiſerit cum conſanguinea propria, vel ſuæ conjugis. Nam inceſtus cum conſanguinea propria (etiamſi in primo gradu conſanguinitatis) licèt ſit peccatum gravius, quàm inceſtus cum conſanguinea conjugis, attamen non inducit pœnam privationis juris ad petendum debitum: quia per talem inceſtum non contrahitur affinitas cum ſua conjuge, ùt patet ex Regulis affinitatis, & docent Laym. *Lib. 5. tr. 10. par. 4. cap. 5. num. 3.* Sporer *in Theol. Sacram. Part. 4. cap. 1. num. 84.* La Cr. *Lib. 6. Part. 3. num. 384.* Pichler *ad Tit. 13. Libri 4. num. 5.* Elbel *Part. 3. Confer. 10. num. 248.* & communiter.

206. Neque contrahitur pœna illa per inceſtum cum affine conjugis commiſſum la Cr. *Lib. cit.* & Sporer *cap. 2. num. 480.*

Neque etiam incurritur per adulterium non inceſtuoſum. Sporer *ibidem*, aliique: quia Canones pœnam illam ſolùm imponunt ei, qui carnaliter peccat cum conſanguinea ſuæ conjugis.

207. Quòd ſi autem pœnitens fateatur inceſtum commiſſum cum conſanguinea ſuæ conjugis, ultroneè indagabit Confeſſarius, in quoto gradu ſit ei conſanguinea. Nam ſi conſanguinitas ſit ultra gradum ſecundum, neque tunc incurritur memorata pœna, ex dictis *n. 202.*

208. Rurſus verò ſi deprehendatur conſanguinitas eſſe in primo vel ſecundo gradu, adhuc inquiret Confeſſarius, an non fortaſſe gravi metu coacta femina inceſtum commiſerit. Nam talis metus etſi eam non à culpa, excuſat tamen à ſæpè fata pœna. Ut habet la Cr.

Lib. cit. num. 677. cum Layman; Bonac. Lochner, Aversa, Burghaber. Item Pichler *Lib. cit.* Poteft. *Tom. 1. num. 4124.*

209. Præterea pœna illa non incurritur, nisi copula fuerit perfecta & consummata, seu quæ sit apta generationi. Nam secùs nec contrahitur affinitas. Ut docet S. Thom. *in supplem. 3. partis, q. 55. art. 4. ad 2.* Pichler *Lib. cit. num. 2.* Sporer *cit. cap. 1. num. 72.* La Cr. *num. 694.* Poteft. *num. 4123.* & communiter.

210. Denique videndum, an non adfuerit aliqua ignorantia excusans. Nam si peccans habuit ignorantiam facti, ità, quòd nesciverit personam complicem esse consanguineam suæ conjugis, non incurrit illam pœnam. La Cr. *num. 376.* Babenst. *Tr. 8. Part. 7. Disp. 4. art. 2. num. 3.* & certum esse dicit Sporer. *cap. 2. num. 483.* quia nempe textus juris *cap. 1. tit. de*

eo

eo qui cognovit, *&c.* exprimit: *qui scienter*, *&c.*

Addit la Croix non incurri dictam pœnam, si ignoravit esse in primo aut secundo gradu consanguineam, & putavit esse in remotiori, concordat Pichler *cit.* Item Reiffenst. *in Lib. 4. Decr. tit. 14. num. 57.* cum Sanch.

211. Imò multi satis probabiliter docent, quòd neque incurrat pœnam privationis debiti conjunx incestuosus, si habuit ignorantiam juris, ità, quòd nesciverit talem pœnam peccato suo jure annexam esse, dummodò ignorantia non sit crassa. Ità Pichler *Lib. cit. num. 6.* cum Tambur. Bonac. Perez. & Kugler. Item Sbogar. *tr. 94.* cum pluribus. Sporer *cit. num. 483.* Babenst. *Lib. cit.* Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Disp. 1. num. 106.* cum M. Candido, Basilio, Pontio & aliis. Quamvis oppositum probabiliùs censeat la Cr. *num. 376.* cum Sanch. Henriq. Aversa.

212. Notandum 4. Quòd dum his præconſideratis agnoſcitur pœnitens incurriſſe pœnam memoratam, attendi debet, utrum adſit juſta cauſa ad diſpenſandum? Nam id commune eſt omni diſpenſationi in lege Superioris faciendæ, ut habeatur juſta cauſa ad diſpenſandum, nec secùs valeat diſpenſatio. Ut jam dixi *num. 186.* & in præſenti notat Lezana *ſup. cit. num. 5.* & Reiffenſt. *in Append. num. 581.* Qui etiam addunt, quòd ſufficere poſſit pro cauſa, ſi ſecùs eſſet periculum incontinentiæ & non poſſet talis conjunx abſtinere à petitione debiti.

213. Formula autem dandæ Diſpenſationis eſt hujusmodi, poſt abſolutionem à peccatis dicenda: *Et inſuper authoritate Apoſtolica mihi delegata, diſpenſo tecum, ut non obſtante affinitate, quam contraxiſti cum uxore tua ex illicita copula, à te habita, cum ejus Matre (vel Sorore) debitum conjugale*

gale à tua uxore exigere licitè possis, & valeas. In Nomine Patris ✠ *&c.*

Quòd si mulier sit dispensanda, locô illorum verborum: *cum uxore, &c.* dicatur: *cum Marito tuo, ex illicita copula, à te habita cum ejus Patre, vel Fratre, &c.*

CAPUT X.

Privilegium Decimum.

Quoad Dispensationem in Votis, & Juramentis promissoriis.

THESIS SYNOPTICA.

CONfessarii Regulares *cum suorum Prælatorum deputatione* usum Privilegiorum obtinentes, possunt *habita sufficiente causa*, 1. Dispensare in omnibus votis quorumcunque fidelium, in quibus jure ordinario possunt Episcopi. 2. Adeóque in omnibus votis *simplicibus*, exceptis tantùm quinque 214.

PAPÆ reſervatis. 3. Conſequenter etiam in votis Epiſcopo reſervatis. 4. Idque ſeu intra, ſeu extra Sacramentum Pœnitentiæ. 5. Et poſſunt pariter diſpenſare in Juramentis promiſſoriis, ſed *ſine præjudicio tertii*, & dummodò Juramentum non ſit de materia voti reſervati, DEO factum. 6. Adeóque etiam in votis juratis. 7. Et à fortiori poſſunt prædicta vota commutare. 8. E contra verò non poſſunt diſpenſare in votis ſummo Pontifici reſervatis. 9. Neque eadem commutare. 10. Excipiuntur tamen circumſtantiæ accidentales voti reſervati, in quibus diſpenſare poſſunt. 11. Uti etiam in ipſo voto de materia aliàs reſervata, ſi aliqua ratione deficiat à reſervatione. 12. Item *probabiliter* poſſunt relaxare in foro interno, dum in caſu gravis & urgentis neceſſitatis voti aliàs PAPÆ reſervati diſpenſatio permiſſa eſt Epiſcopis.

Pri-

Prima pars Thesis, quâ dicimus posse Regulares Privilegiatos dispensare in omnibus votis quorumcunque fidelium, in quibus jure ordinario possunt Episcopi, fundatur in pluribus Privilegiis per summos Pontifices concessis Ordinibus Regularium. Ità enim concessit Martinus V. Benedictinis, ùt habet Compend. Privil. Vallisoleti, & referunt Sanch. *Lib.* *4. cap. 43. num. 4.* Anton. à S. Spìr. *Tr. 2. Disp. 3. num. 80.* Heinl. *in Medulla art. 4. casu 77. Resp. 8.* Geisser *Part. 1. num. 201. aliique.* 215.

Postea Eugenius IV. Congregationi S. Justinæ Ordinis S. Benedicti per Bullam: *Etsi quaslibet*, concessit ut quorumvis fidelium possint: *vota omnia permutare - - - - & cum eis dispensare, præter censuras, pœnas, & vota, & casus, de quibus esset meritò Sedes Apostolica consulenda.* Ut refert Confectius *pag. 38.* & Bordon. *Resol. 15. num. 2.* Idémque allegant

Reif-

Reiffenst. *Lib. 3. Decr. tit. 34. n. 39.* Pichler *ad eund. tit. num. 10.* & Geisser *Lib. cit.* Rursus Julius II. concessit itidem Benedictinis facultatem dispensandi in omnibus votis, in quibus dispensare possunt Episcopi. Ut referunt Sorbus *V. Dispensatio.* Hier. Rodriq. *Resol. 32. num. 31.* Diana *Tr. de Regular. Ref. 121.* & Bordon. *cit.*

Similia Privilegia concesserunt Societati JESU Paulus III. per Bullam: *Cùm inter cunctas*, apud Confect. *pag. 184* & Gregor. XIII. ùt referunt Em. Rodriq. Diana, Tambur. & cum iis P. Potest. *Tom. 1. num. 1723.* Item Reiff. & Pichler citati, &c.

216. Ideóque Thesim præmissam sustinent, tum mox allegati DD. tum etiam M. Vinc. Candidus, Lopez, Navar. Valentia, Sayrus, aliíque apud Anton. à S. Spir. *Lib. cit.* Item Salmanticen. *in Cursu Morali, Tr. 17. cap. 3. num. 94.* Bonac. *Tom. 2. Disp. 4. q. 2. pu. 7. §. 4.* num.

num. 26. Sbogar *tr.* 159. *num.* 67. Sanct. Gallen. *Tom.* 7. *tr.* 1. *sec.* 3. *q.* 6. *Dub.* 5. Sporer *Tr.* 3. *in Decal. c.* 3. *sect.* 3. *num.* 54. Corella *Tr.* 2. *num.* 55. & alii communiter.

Rectè etiam notat la Cr. *Lib.* 3. *Part.* 1. *num.* 554. Regulares dicta facultate uti posse etiam extra Diœcesim de qua sunt; quamvis Episcopi se extendere non possint extra suos Diœcesanos.

217. Dixi autem in principio Thesis, quòd possint *cum deputatione* suorum Prælatorum. Nam multi DD. dicunt requiri specialem deputationem, ùt Sorbus, Peregr. Sanch. Diana apud Bordon. *Ref.* 15. *num.* 31. Item Busemb. *Lib.* 3. *Tr.* 2. *c.* 3. *Dub.* 8. cum Less. & P. Heinl. *Lib. cit. Resp.* 9. dicunt facultatem illam Confessariis com̃unicari *juxta moderationem Superiorum.* Unde licèt alii scribant sufficere ad dispensandum in votis deputationem generalem, nec requiri licentiam aut concessionem specialem, utì Reiff.

in

in Append. ad Lib. 4. Decr. num. 576. & Peyrin. *Tom. 1. cap. 21. §. 1. in fine*, cum Rodriq. Item Salmanticen. *Tr. 18. cap. 4. num. 107.* qui addunt, nisi in aliqua Religione id statutô Prælatorum aut consuetudine limitatum sit.

Nihilominùs *pro tutiori usu* facultatis petenda est deputatio specialis, aut specificè generica, pro usu talis Privilegii quoties occurrentia casûs postulaverit.

Recole dicta *num. 52. & 53.*

218. Dixi secundò: *habita sufficiente causa.* Benè enim videre debet Confessarius, ut ejusmodi causam afferat pœnitens dispensandus. Alioquin peccabit mortaliter dispensans in gravi voto sine justa causa. La Cr. *Lib. cit. num. 541.* cum Tambur. Imò non solùm illicitè, sed etiam invalidè dispensaret in votis, etiam summus Pontifex sine justa causa. Reiff. *Lib. 3. Decret. Tit. 34. num. 20.* & Sbogar *Tr. 59. num. 9.* Cùm obligatio voti per-

pertineat ad legem DEI, & in lege ſuperioris nemo validè diſpenſet ſine cauſâ.

219. Nihilominùs ſufficit cauſam eſſe probabiliter juſtam, ſecundùm prudentem opinionem. Et tunc etſi diſpenſans erraret, putans bona fide, poſt adhibitum congruum pro rei qualitate examen, adeſſe juſtam cauſam, quæ in re talis non eſſet, diſpenſatio attamen valeret. Quia DEUS plus non exigit, quàm ut homo faciat, quod eſt in ſe, & quod humanô modô poteſt. Sbogar *Tr. 159. num. 11. & 12.* cum Azor. Sanch. & Leſſ. Item Lezana *Tom. 3. Tit. Diſpenſatio, num. 2.* cum Aſc. Tambur. Item Illſung. & Sanct. Gallen. *Tom. 7. pag. 342. &c.* contra Caſtrop. & la Cr. *num. 542.*

220. Inter juſtas autem diſpenſandi cauſas referuntur: magna difficultas votum exequendi, ſeu priùs non cognita, ſeu poſtea ſuperveniens. Item damnum notabile,

ſpi-

ſpirituale aut temporale occaſione voti proveniens, &c. Quia in hujusmodi relaxari obligationem valdè conſentaneum eſt benignitati DEI. Ut benè cum Sanch. ait Reiffenſt. *Lib. cit. numerò 23.*

Plura verò de his videnda ſunt apud Caſuiſtas.

221. Secunda pars Theſis ſequitur ex prima: Epiſcopi enim jure ordinario diſpenſare poſſunt in omnibus votis ſimplicibus ſuorum ſubditorum, exceptis 5. reſervatis PAPÆ, ùt eſt communis & certa doctrina teſte Reiffenſt. *num. 27.* & deducitur ex *Cap. 1. Tit. de voto & voti redemp.* Atque ex *C. 18. Matth. v. 18.* ubi Chriſtus Apoſtolis, eorúmque ſucceſſoribus Epiſcopis, poteſtatem dedit: *quæcunque ſolveritis, &c.* Jure itaque Privilegiorum conſimilis facultas competit, Regularibus.

222. Dixi autem in votis *ſimplicibus.* Nam Vota ſolemnia, ùt ſunt Religioſæ Profeſſionis, item conti-

nen-

tiæ annexæ Ordinibus Majori-, aliunde constat non esse di-nsabilia, nisi per supremam Ec-iæ potestatem ex causa gravis-ā,

Additum præterea: *in omni-*, exceptis 5. reservatis, de qui-infra dicendum. Nam licèt OCENTIUS PAPA VIII. in Privile-dato Ordini Minorum, excep-it etiam votum peregrinationis a duas diætas, eam tamen ex-tionem sustulerunt alia Privile-EUGENII IV. & PAULI III. &c. Ut m notat Bordon. *Ref. 15. num.* ex Diana *Resol. 121. de Regul.*

223. Neque etiam excipienda sunt a in favorem tertii facta, *v. g.* landam eleemosynam Ecclesiæ, pauperibus, saltèm ante ho-a acceptationem: quia sic non-n est ei jus aquisitum. Ità munis. At verò si ille, in cu-favorem factum votum est, i acceptâsset, communior sen-ia docet illud nec dispensari,

nec commutari posse, sine illius consensu: quia cederet in ejus præjudicium. La Cr. *num. 532.* P. Potest. *num. 1924.* Reiff. *cit. num. 51.* cum Sanchez, Sporer, & communi. Quanquàm & in hoc probabiliter contradicant alii, dicentes etiam post acceptationem dispensari posse ex justa causa. Saltèm si promissio non fuit juramentô firmata, ùt infra *num. 227.* Ità Cardin. Lugo *Disp. 29. de Instit. num. 13.* Item Cajet. Silvest. Angelus Navar. Trullench. quos citat & sequitur Anton. à S. Spir. *Tr. 2, Disp. 1. num. 104.* & *Disp. 3. num. 85.* tum quia promissio voto inclusa principaliter tendit in DEUM, ùt finem cujus gratiâ, & accessoriè solùm in favorem tertii; ergo si potest dispensari ùt respicit DEUM, etiam potest ùt respicit tertium: quia accessorium sequitur naturam principalis. Tum quia promissio gratuita, etiam secuta acceptatione non tribuit acce-

ceptanti jus justitiæ, sed solùm fidelitatis contra promittentem, ùt docent Cajet. Sotus, Meratius, Dicast. Sbogar *Tr. 138.* & Gormaz *Tr. de Justitia num. 648.* cum communi.

224. Tertia pars Thesis, quòd etiam possint dispensare in votis, si quæ Episcopi specialiter sibi reservent, habetur expressè in tenore Privilegiorum ac nominatim MARTINI V. ùt refertur in Compend. Privil. S. J. *Tit. Dispensatio. §. 19.* atque ita docent Reiff. *Lib. cit. num. 39.* Bordon. *Res. 6. num. 19.* Heinl. *sup. cit. &c.* Quia licèt derogatum sit Privilegiis Regularium quoad absolutionem casuum & censurarum, quæ sibi reservant Episcopi, non tamen quoad dispensationem votorum ac juramentorum, quæ multùm diversa sunt, & à diversis non fit illatio, præcipuè in odiosis, quæ potiùs restringenda dicuntur.

225. Quarta pars Thesis, quòd dispensatio in votis per Privilegiatos fieri possit etiam extra Sacramentum Pœnitentiæ, docetur à Salmanticen. *Tr. 17. cap. 3. num. 94.* Bordono *Resol. 15. num. 35.* cum Sanch. Suar. Diana, Laym. & pluribus. Item Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Disp. 3. num. 89.* Sanct. Gallen. *Tom. 10. Tr. 1. q. 5. Dub. 1. pag. 222.* P. Poteſt. *num. 1963.* & communiter. Ratio data est *num. 136.* Consultius tamen est, ut tum dispensatio tum commutatio votorum fiat intra Sacramentum Pœnitentiæ, prout in simili dictum *num. 138.*

226. Quinta pars Thesis, quòd potestas Regularium extendat se etiam ad dispensandum in Juramentis promissoriis, *v. g.* si quis juret se in honorem B. V. jejunaturum omnibus Sabbathis, &c. Fundatur tum in Privilegio Gregorii XIII. per Bullam: *Decet Romanum*, concesso Societati JESU, ut possint di-

spen-

ſpenſare in votis etiam Juramentô confirmatis, prout ex Rodriq. Peregrino, & Portel, refert Bordon. *Reſ. 15. num. 25.* & Reiff. mox citan. ex Sorbo. Tum in ratione: quia juramentum, quô aliquid præcisè DEO promittitur, & non per id jus tribuitur homini, habet rationem voti, eíque in jure æquiparatur quoad vinculum: adeóque illi, qui poſſunt diſpenſare in voto, poſſunt pariter in tali Juramento. Et ità docent cum Sylves. Soto, Sanch. Tambur. Leſſio, Moya, P. la Cr. *Lib. cit. num. 355.* Reiff. *in Theol. Tr. 6. Diſt. 3. q. 4. num. 53.* Poteſtas *Tom. 1. num. 1721.* Geiſſer *num. 206.* aliíque paſſim. Imò S. Thom. *2. 2. q. 89. art. 8.* ⊙ dicit, quòd obligatio voti major ſit, quàm præcisè Juramenti, quòd illa cauſetur ex fidelitate DEO debita, altera autem ex reverentia ad DEUM.

Dixi autem in ea parte Theſis, 227. quòd poſſint diſpenſare *ſine præ-*

judicio tertii, & ità limitat allegatum Privilegium Gregorii XIII. Hinc si quis jurâsset aliquid in favorem tertii se facturum, & iste promissionem acceptâsset, tale Juramentum non posset citra ejus consensum dispensari. Bordon. *num.* 27. Reiff. *cit.* La Cr. *num.* 358. & communiter. Poterit autem, si nondum per acceptationem illi sit jus aquisitum. Iidem Bord. & la Cr. Relaxare autem aut remittere tale Juramentum citra dispensationem potest is idem homo, in cujus favorem factum est. S. Thom. 2. 2. *q.* 89. *art.* 9. *ad* 2. P. Potestas *numerô* 1713. La Cr. *cit.* cum Sanch. contra Suar.

228. Dixi 2*dò*: *Et dummodò Juramentum non sit de materia voti reservati DEO factum.* Taliter enim factum Juramentum est promissio facta DEO in materia reservata, adeóque includit verum votum reservatum. Ità Cajet. Sot. Tolet. aliique quos citat & sequitur

tur la Cr. *num. 555.* Moya *in selectis Tr. 2. Disp. 1. q. 4. num. 5.* Corella *tr. 2. num. 61.* Bord. *Lib. cit. num. 28.*

Aliud esset, si Juramentum tantùm fieret homini: tunc enim promissio pariter fieret homini, & non DEO, licèt is vocaretur in testem, & consequenter non haberet rationem voti, nec esset Juramentum reservatum ùt benè distinguit cit. la Croix.

229. Sexta pars Thesis, quòd possint dispensare in votis juratis, seu Juramentô confirmatis constat ex *sup. cit.* Privilegio Gregorii XIII. Idémque docent Bordon. *Ref. 25. num. 25.* Anton. à S. Spir. *Tr. 2. Disp. 3. num. 85.* cum Peregr. Bossio, Portel, Rodriq. Item Busemb. *Lib. 3. Part. 1. Tr. 2. Cap. 3. de voto. Dub. 8.* cum Suar. & Sanch. Item Sanct. Gallen. *Tom. 10. pag. 221. &c.*

Ratio etiam est: quia Juramentum adjectum non variat voti sub-

ſtantiam, nec facit de non reſervato reſervatum. Neque in Jure ullibi reperitur Juramentum reſervatum, niſi ejusmodi votum includat.

230. Septima pars Theſis, quòd à fortiori poſſint vota commutare, eſt receptiſſima apud DD. Nam, præterquàm quòd id concedant ſupra adducta Privilegia, ratio etiam perſuadet: quia plus eſt in voto *diſpenſare*, per quod obligatio penitùs tollitur, quàm illud *commutare*, per quod obligatio ſolùm transfertur in aliam materiam, atqui *cui licet quod eſt plus, licet utique quod eſt minus*, (ſaltèm dum hoc ceu pars in illo continetur) ùt ait Regula Juris *53. tit. de Reg. Jur. in 6.* adeóque qui habet poteſtatem diſpenſandi in votis, habet à fortiori poteſtatem ea commutandi. Et ità docent Sotus, Sylv. Azor. Laym. Bonac. Sanct. Gallen. *Tom. 7. pag. 354. Reſp. 3.* Poteſt. *num. 1917.* Pichler *L. 3.*

Tit.

Tit. 34. num. 11. ac denique communis & certa, inquit Reiffenst. *eòdem Titulò 34. num. 46.*

231. Obſervandum autem Confeſſariis, quòd etiam ad commutationem in opus æquale requiratur juſta cauſa, ſufficere tamen poteſt minor, quàm ad Diſpenſationem. Sanct. Gallen. *num. 355.* cum communi, & poteſt ſufficere major promptitudo ad aliud opus peragendum. Laym. *cap. 8. num. 23.* cum Cajet. &c. Item Lohner cum Leſſio.

Obſervandum 2*dò*. Quòd qui præcisè commutat votum, debeat omninò id commutare in opus aut manifeſtè melius aut æquale. Nam secùs admiſceretur diſpenſatio, ſi commutaretur in notabiliter minus. Ità Cajet. *in ſumma V. votum.* Suar. Azor. Sanct. Gall. P. Poteſt. *num. 1910.* aliique. Vide infra de praxi *num. 260.*

232. Octava pars Theſis, quâ excipiuntur vota ſummo Pontifici re-

ſervata, eſt extra controverſiam. Quia talia vota ſemper ſolent excipi in Privilegiis. Et præterea in generali conceſſione diſpenſandi in votis, aut ea commutandi, non comprehenditur facultas ad quinque reſervata. Bonac. *Tom. 2. Diſp. 4. q. 2. pu. 7. §. 4. num. 12.* cum Suar. & Sanch. &c. ex Reg. Juris. *In Generali &c. 81. in 6.*

233. Vota autem PAPÆ reſervata ſunt tantùm hæc quinque: 1. Votum Caſtitatis perpetuæ. 2. Votum aſſumendæ Religionis approbatæ a) 3. Votum peregrinationis in Jeruſalem, ſive ad S. Sepulchrum. 4. Votum peregrinandi Romam ad Limina Apoſtolorum. 5. Votum peregrinandi ad S. Jacobum Compoſtellam. Ità ex Extravag: *Etſi Dominici Tit. de Pœnit. & Remiſſ.* Ubi ſub excommunicatione prohibetur, ne quis ſine

a) Bonac. *Lib. cit.* prima duo vota reſervata nominat majora, alia autem triplicis *peregrinationis*, minora.

sine speciali PAPÆ licentia, in aliquo dictorum votorum dispenset. Sanch. Bonac. Lezan. Bord. Reiff. *Lib. cit. num. 28.* & communissima Doctorum. Unde non sunt audiendi Henriq. & Navar. qui etiam votum Peregrinationis ad S. Ædem Lauretanam dicunt esse PAPÆ reservatum. Quos specialiter rejicit Bord. *Ref. 15. num. 1.* cum Sanch. & Azor. &c.

234. Notandum autem, quòd ut prædicta vota sint reipsa PAPÆ reservata, debeant esse *perfecta* & *absoluta*. Ità Salmant. *Tr. 17. cap. 3. num. 102.* Lezana *Tom. 1. cap. 19. num. 24.* Potest. *num. 1998.* Reiff. *Lib. cit.* Sbogar. *Tr. 157.* La Cr. *Lib. 3. Part. 1. num. 544.* & communiter. Quia reservatio votorum tanquam odiosa vel onerosa partim pœnitentibus, partim juri Ordinariorum, strictè accipienda & interpretanda est, ex Reg. Juris: *Odia restringi. 15. in 6.* Laym. *Lib. 4. tr. 4. cap. 3. num. 14.*

Moya

Moya *in selectis tr. 2. q. 2. num. 1.* Corella *tr. 2. num. 60.* & Reiffenst. *Lib. cit.* cum communissima. Adeóque non debet extendi reservatio nisì ad vota illa, dum sunt perfecta & absoluta.

235. Hinc fit, quòd si votum deficiat à perfectione vel *ex parte actûs voventis*, ùt si concipiatur ex metu, etiam levi injustè incusso &c. vel *ex parte materiæ*, ùt si quis voveret solùm partialem castitatem, *v. g.* conjugalem, &c. tale votum non erit reservatum.

Insuper non est reservatum, quotiescunque de valore voti est dubium seu juris, seu facti. Salmant. *cit.* Babenst. *Tr. 1. Disp. 3. art. 3. num. 16.* Laym. *num. 14.* cum Suar. & Sanch. Item Potest. *num. 1999.* cum Gobat & communi.

Imò etiamsi certò esset validum, sed dubium foret an sit reservatum, censendum est non esse. Salmant. *num. 103.* cum Bas. Pon-

tio

tio & Diana. Item Bonac. *num.* *17.* cum Suar. & Fill. Item Poteſt. *Lib. cit.* Babenſt. *Lib. cit. num. 46.* & la Cr. *num. 549.* cum communi.

236. Rectè etiam ſubnotat idem la Cr. ex Sanch. Lug. Tamb. Belleg. quòd, ſi bona fide Confeſſarius commutaverit votum, & poſtea reſciatur fuiſſe reſervatum, attamen valeat commutatio. Ex benè præſumpta Matris Eccleſiæ benignitate.

Similiter Laym. *Lib. cit. num.* *22.* ex Suar. docet: ſi ab habente poteſtatem bona fide facta ſit commutatio voti in opus æquale, etſi absque cauſa juſta, ſitque opus jam peractum, vovens ad nihil ampliùs teneatur. Quia credendum eſt, DEUM illud acceptâſſe, & idem docent Sanct. Gallen. *pag.* *355. Reſp. 2.*

237. Nona pars Theſis, quòd neque commutare poſſunt vota PAPÆ reſervata, conſtat ex ſup. cit. Extravag. *Etſi Dominici.* Ubi Sixtus

tus IV. expreſsè etiam commutationem illorum 5. Votorum ſpecialiter PAPÆ reſervat, & omnibus aliis interdicit. Hinc ea nòn poſſunt Regulares commutare non ſolùm in opus æquale, ſed neque in evidenter melius. Ità Sotus, Suar. Sanch. Azor, quos citat & ſequitur Laym. *Lib. 4. Tr. 4. c. 8. num. 19.* Item Bonac. *Tom. 2. Diſp. 4. q. 2. pu. 7. §. 4. num. 14.* Sanct. Gallen. *pag. 353.*

238. Illa itaque communis doctrina, quòd quisque, propria etiam authoritate, poſſit votum ſuum commutare in manifeſtò melius, intelligenda eſt, exceptis PAPÆ reſervatis. Unicè votum Religioſæ Profeſſionis ſpecialiter Privilegiatum eſt, quòd in illud commutari poſſint, & emiſſa profeſſione reipſa commutentur omnia vota ſimplicia. Ut cum S. Thom. *2. 2. q. 88. art. 12. ad 1.* docent Cajetan. Sotus, Arragon. Navar. Suar. Laym. *Lib. cit. num. 19.* & communiter.

Quia

Quia per tale votum Religionis homo se & omnia sua, quadam universalitate DEO consecrat, & sic eminenter cætera vota complectitur.

239. Decima pars Thesis excipit circumstantias accidentales voto reservato adjunctas. Quia sola substantia voti reservata est, non autem circumstantiæ vel qualitates superadditæ, ut habet communis doctrina cum Sanch. *Lib. 4. Moral. cap. 40. num. 78.* Bord. *Ref. 15. num. 21.* Sanct. Gallen. *pag. 345. num. 7.* Reiff. *sup. cit. num. 36.* Potest. *num. 2007.* La Cr. *num. 550.* cum aliis. Hinc si quis vovit peregrinari Romam pedester, aut mendicando, &c. In hujusmodi circumstantiis possunt dispensare Privilegiati, ut vehatur curru, vivatque congruenter de suis sumptibus. Item in voto Religionis strictioris possunt dispensare, ut ingrediatur laxiorem. Uti etiam quoad dilationem ingrediendi. S.

Gall.

Gall. *cit.* cum Sanch. Item Bordon. *num. 9.* cum Bonac. & P. Poteſt. *num. 2008.*

240. Undecima pars Theſis, quòd diſpenſare poſſint in ipſo etiam voto de materia aliàs reſervata, ſi aliqua ratione deficiat à reſervatione, conſtat ex dictis *num. 234.* & *235.* Quia hôc ipsô, ſi illi deficit aliquid, quod ad rationem voti reſervati exigitur, non erit reſervatum, & conſequenter ad id extendi poterit Privilegiata facultas diſpenſandi. Atque ità præter AA. *num. 235.* citatos, docent Bordon. *Lib. cit. num. 3.* cum Henriq. Suar. Rodriq. Portel. Item Anton. à S. Sp. *Tr. 2. Diſp. 3. num. 81.* Sporer *in Theol. Decal. Tr. 3. cap. 3. num. 58. & ſeq.* Diana *Part. 4. Tr. 3. Reſ. 11.* Corella *tr. 2. num. 60.* aliíque paſſim.

241. Hinc particulariùs colliges 1*mò.* Votum caſtitatis aut aliud, deficere à reſervatione, ſi fiat alio fine quàm devotionis, & non directè ten-

tendat in virtutem ad, quam pertinet materia voti, ſed in aliud, quod vovens conſequi optat, *v. g.* ad obtinendam ſanitatem, &c. Salmant. *Tr. 17. cap. 3. num. 105.* Poteſt. *num. 2010.* Anton. à S. Spir. *Lib. cit.* Sanct. Gall. *pag. 345. n. 6.* Bordon. *cit. num. 20.* La Cr. *num. 547.* Moya *in ſelectis tr. 2. diſp. 1. q. 2. num. 2.* cum Sanch. & communi. Quia tale votum eſt valde imperfectum, ſi principaliter ob aliud quodpiam, quàm amorem virtutis concipiatur. Ità & Reiff. *Lib. 3. Decr. tit. 34. num. 30.*

Colliges 2*dò.* Valere quidem vota, ſed à reſervatione cadere ex imperfectione actûs, ſi ſint metu levi aut reverentiali extorta, a) ſi conditionalia, ſi pœnalia, id eſt in pœnam ſibi impoſita, ſi tantùm ſub obligatione veniali concepta. 242.

a) Dicitur metu levi; nam metus gravis injuſtè incuſſus etiam invalidat votum. Sanct. Gall. *pag. 204.* cum Arragonio, Leſſio, &c.

Præterea ob imperfectionem ex parte materiæ, deficiunt à reservatione vota castitatis non integræ, aut non perpetuæ, sed tantùm partialis vel temporaneæ, *v. g.* ad 10. annos, vel castitatis solùm conjugalis; item votum non petendi debitum, aut non nubendi. Ità DD. citati & alii passim.

243. Similiter votum Castitatis ab aliquo conjuge post Matrimonium sine alterius consensu emissum, non est reservatum: cùm sic vovens adhuc teneatur reddere debitum. Bordon. *n. 16.* cum Sanch. Item la Cr. *Lib. cit. num. 560.* Potestas, *numerô 2000.*

244. Votum item Religionis non approbatæ, *v. g.* Eremitarum non profitentium. Imò etiam approbatæ sed imperfectæ, seu non habentis tria vota substantialia (uti non habent quidam Ordines Equestres) pariter non est reservatum. Bordon. *num. 19.* cum Sanch. & Diana. Item P. Potest. *n. 2004.*

De

245. De voto Virginitatis disceptant Authores; aliqui enim dicunt: Virginitatem non distingui à Castitate perpetua & perfecta, saltèm secundùm id, quod in recto importat: adeóque tale votum esse totalis castitatis, & reservatum. Ità ex Scoto P. Potest. *num. 1890. & 2017.* Item P. Bonaven. Leonardelli *casu 41. num. 417.*

246. Alii distinguunt, & attendi volunt mentem voventis, ità, ut si is per Virginitatem intendisset castitatem restrictam ad corporalem integritatem seu claustrum Virginale servandum, votum sit partiale, & non reservatum. Bordon. *Lib. cit. num. 13.* Reiff. *cit. num. 35.* Sanct. Gallen. *pag. 346.* La Cr. *num. 561.* & communiter; quia nempè Virginitas perditur per unicum lapsum carnis consummatum. Imò etiam per voluntariam pollutionem ex S. Thom. *2. 2. q. 152. art. 1. ad 4.* Cajet. & Laym. *Lib. 3. sect. 4. num. 8.* At verò si vovens

non habuit expreſſam ejusmodi intentionem reſtrictivam, communiter cenſetur votum Virginitatis eſſe votum totale Caſtitatis, adeóque ſi DEO factum ſit, & ex amore virtutis, erit reſervatum. Ità D. Thom. *2. 2. q. 88. art. 3. ad 2.* Sotus *de Juſt. q. 2. art. 1.* M. Vinc. Candid. *Diſp. 25. art. 8. Dub. 10. & 11.* Item M. Corradus, P. Sanch. Diana, Leſſ. Azor. Bordon. *cit.* La Cr. & communiter DD. teſte Moya *Lib. cit. num. 5.*

247. In dubio autem de mente voventis, an voluerit ſe obligare ad totalem caſtitatem, etiam amiſſa fors Virginitate, ſervandam, poteſt ſe reſolvere in favorem ſuæ libertatis, ut cenſeatur tantùm partiale voviſſe. Ità cum Portel & Vidal, Moya *num. 7.* & approbat la Cr. *Lib. cit.* Item Corella *Tr. 2. num. 41.* Babenſt. *Tr. 1. Diſp. 3. art. 3. num. 25.* Ac ſequitur ex illo principio recepto, quòd certus de voto, & dubius de qualitate voti,

poſſit

possit eligere, quod sibi favorabilius est. Uti docent Suar. Sanch. Bonac. Rebell. Valent. aliique apud Dianam *Part.* 3. *Tr.* 7. *Miscel. Res.* 50.

248. Duodecima pars Thesis, quòd Regulares *probabiliter* possint relaxare pro foro interno vota PAPÆ reservata, dum in casu urgentis & gravis necessitatis eorum dispensatio permissa est Episcopis; Defenditur à multis & eximiis DD. cum bono fundamento. Ità enim docent Reiffenst. *Lib. c. n.* 40. cum Herinx, Bassæo, & Cypr. Croussers. Item Avila & Pourre *Part.* 1. *V. Votum. num.* 8. Ludov. à Conc. Leander à Murcia, & Franc. Pichon apud P. Moya *Lib. cit. num.* 18. *& seqq.* Item Kazenperger *in supplem. Theol. Decal. Cap.* 1. *num.* 389. Pichler *Lib.* 3. *Decretal. tit.* 34. *num.* 10. Elbel *Part.* 3. *Confer.* 20. *num.* 495. Zetl *Part.* 2. *num.* 370. Favet etiam Steph. à S. Paulo *Tr.* 4. *Disp.* 12. *num.* 81. & Hein-

lin. *art. 4. casu 77. Resp. 9.* Denique Sbogar *tr. 157. num. 19.* admitti pro eo casu potestatem commutandi, licet postea *tr. 159. num. 75.* neget facultatem dispensandi.

249. Ratio autem firmans hanc doctrinam est: Quia Confessarii Regulares possunt vi Privilegiorum dispensando aut commutando relaxare omnia vota, in quibus jure ordinario dispensare possunt Episcopi, ùt habet communis & certa sententia, patétque ex allegatis supra *num 215.* atqui Episcópi possunt jure ordinario dispensare in votis PAPÆ aliàs reservatis, dum gravis & urgens poscit necessitas; ergo, &c. Minor probatur. Nam inprimis eam potestatem Episcopis competere admittunt communissimè DD. etiam nobis adversarii, ut Bordon. *Resol. 15. num. 24.* cum Sanch. Less. & Suar. Item Lezana *Tom. 3. V. Votum. num. 21.* La Cr. *num. 563.* cum Silv. Navar. Henriq. Laym. &c. Ea verò potestas

stas Episcoporum, licèt sit pro casibus extraordinariis, est tamen ordinaria, & non delegata, ùt benè probat *sup. cit.* Reiff. *num.* 41. & ex eo P. Kazenp. Elbel, aliíque, &c. Est enim potestas vi officii competens Episcopis, & non ex speciali commissione.

250. Dixi autem possunt *probabiliter.* Nam sententia præmissa quoad Regularium potestatem certa non est, cùm apud cit. Moyam & la Cr. plures oppositam sustineant, quos sequuntur Sanct. Gallen. *pag.* 352. Adhuc nihilominùs doctrina nostra sufficiente etiam ad praxim probabilitate gaudet, ità, ut si instet gravis necessitas relaxandi votum reservatum *v. g.* adsit periculum magnum incontinentiæ, vel infamiæ, vel scandali, &c. & præterea non detur mora recurrendi pro dispensatione ad Pontificem, possit tunc securè illud relaxare Confessor Privilegiatus, Zetl. *Lib. cit.* cum Reiff. & Herinx.

Accedit, quòd hæc poteſtas diſpenſandi conceſſa Regularibus ſit favorabilis & pro bono fidelium, adeóque latè interpretanda.

251. Dixi 2*dò*: poſſunt *relaxare*, ùt innueram non ſimpliciter diſpenſandum eſſe, ſed eatenùs relaxandum, quatenùs exigit neceſſitas. Hinc ſi quispiam ſeu ab Epiſcopo, ſeu Confeſſore Privilegiato, diſpenſetur ob periculum incontinentiæ ad ineundum Matrimonium, ille adhuc ex vi voti ſui reſervati obligatus erit ad vitanda peccata contra Caſtitatem. La Cr. *num. 563.* cum Silv. Navar. Suar. Sanch. Lug. & Illſung. Item P. Poteſtas *numerô 1967.*

252. Inſuper ſic diſpenſatus mortua ſua conjuge non poterit ſecundum inire Matrimonium, ſine nova diſpenſatione. Ut præter citatos docet etiam Lezana *Tom. 3. V. Votum. num. 12.* cum Laym. & Bonac. Item Zetl. *Part. 2. num. 384.* & Sanct. Gallen. *pag. 350. Advertenda*

tendo 1. Ubi etiam ajunt dispensationem ejusmodi non esse simpliciter dictam, sed secundùm quid, & quandam suspensionem ad tempus. Unde & Sacra Pœnitentiaria in suis dispensationibus super voto reservato, solet ejusmodi clausulam apponere: *ità, ut si Conjugi, cui copulabitur, supervixerit, castitatem servet, utpote eôdem votô ùt priùs, obligata, &c.*

253. Dixi 3. *Pro foro interno.* Non enim possunt Regulares in casu supra memorato dispensare pro foro externo, & consequenter si votum sit publicum. Reiff. *Lib. cit. num. 47.* Kazenp. & Zetl. citati. Nam & Episcopis ea potestas negatur pro foro externo, ex communi sententia teste eodem Reiff.

254. Tandem pro praxi relaxationis votorum has regulas utiliter observabit Confessarius. 1*mò.* Inquirat circa subsistentiam voti, an verè sit promissio DEO facta, an purum propositum? sæpè enim homi-

 nes

nes ſimpliciores, etſi verbis promiſſoriis utantur, non tamen concipiunt verum votum, ſed ſolùm pium propoſitum, absque animo ſe ſub culpa obligandi: adeóque in ſimilibus benè examinanda eſt intentio voventis, ùt communiter notant Caſuiſtæ.

255\. 2*dò*. Si pœnitens fateatur ſe verè promiſiſſe cum animo ſe obligandi, indagandum adhuc, an id cum cogitatione & obligatione erga DEUM, vel verò ſolùm habuit intentionem honorandi Beatiſſimam Virginem, aut Sanctum aliquem, illíque ſoli ſe obligandi, ùt nonnunquam fit? Et ſi hoc poſterius reperiatur, judicandum erit non eſſe verum votum, & actum Religionis, ſed tantùm Duliæ aut Hyperduliæ cultum. Laym. *Lib. 4. tr. 4. cap. 1. num. 6.* Bonac. *Diſp. 4. q. 2. pu. 1.* Reiff. *Lib. cit. num. 29.* P. Poteſt. *num. 2017.*

256\. 3*tiò*. Si valor voti deprehendatur, indagandum ulteriùs: an

ſit

sit reservatum, vel aliqua ratione deficiat à reservatione, secundùm dicta superius *num.* 241. *& seqq.* In dubio autem seu juris, seu facti, non est asserenda reservatio: quia tum votum, tum voti reservatio est strictè interpretanda; ità nempe, ut interpretatio stricta sit voto, & benigna voventi, seu ut minùs obliget. Juxta *Cap. ex Parte tit. de Censib.* seu *Lib.* 3. *Decretal. tit.* 39. ubi dicitur: *cùm vota gratuita fuerint ab initio, benigniùs sunt à viris Ecclesiasticis exigenda.* Et præter DD. citatos *num.* 234. docent Bordon. *Ref.* 15. *num.* 5. Potest. *num.* 1881. Banac. *pu.* 6. & communiter.

257. 4*tò.* Si reperiatur votum esse verè reservatum, videndum, an sit irritabile per Superiorem, cujus potestati subjacet vovens. Unde in ætatem, quâ emissum est votum, & in conditionem personæ inquirendum. Et super hac materia consulendus bonus Theologus

gus Moralis, uti Laym. *cap. 7.* aut Bonac. vel Reiff., Busemb. & hujusmodi.

Si autem votum non sit irritabile, & sit reservatum, petatúrque ejus dispensatio aut commutatio, recurrendum erit pro eadem Romam (nisi gravis urgeat necessitas & periculum sit in mora) & de tali recursu informatio suo loco dabitur.

258. 5*tô.* Si autem cognoscatur votum non esse PAPÆ reservatum, dispiciendum erit, an habeatur justa causa dispensationis vel commutationis faciendæ. Solent autem quatuor generatim causæ ad dispensandum assignari. Ut 1*mò.* imperfecta deliberatio in vovendo. *v. g.* dum quis in ætate puerili vovit, vel ex metu, &c. 2. Magna difficultas exequendi votum. 3. Notabile damnum vel temporale, vel spirituale *v. g.* scrupulorum molestia, &c. occasione voti proniens. 4. Bonum commune Eccle-

clesiæ aut Reipublicæ. Hæc Salmanticen. *Tr. 17. cap. 3. num. 121. & seqq.* Laym. *cap. 8. num. 5.* Reiff. *Lib. cit. num. 22. & seqq.* Poteſt. *num. 1958.* Bonac. *pun. 7. &c.*

259. Obſervandum prætereà, quòd ad diſpenſandum votum majus & præſtantius, major cauſa requiratur. Sanct. Gall. *pag. 341.* ex S. Thoma & Cajet. Item Laym. *Lib. cit.*

Deinde dum ſufficientia cauſæ ad diſpenſandum eſt dubia, potiùs utendum eſt commutatione, la Cr. *num. 541.*

Nec unquam facienda eſt diſpenſatio, quando ad amòvendam cauſam, ob quam vovens per relaxationem voti quærit auxilium, ſufficere poteſt commutatio. Reiff. *num. 48. argum. cap. 1. de voto & voti red.*

Hinc etiam raró utendum pura diſpenſatione, ſed potiùs admiſcenda eſt aliqua commutatio. Ut rectè conſulit Leſſius *Lib. 2. c. 40. Dub. 17. num. 120.* Poteſt. *num.*

1959. Pichler *ad tit. 16. Lib. 4. num. 21.* Janussovski *in sententiis Moralibus pag. 507.* & esse communem praxim Confessariorum, testantur Sanct. Gallen. *pag. 341. §. tertium.*

260. *6tò.* Si commutatio præcisè facienda sit, videat Confessor ut ea fiat in opus æquale. Id enim exigit natura commutationis, & tradunt DD. communiter cum Cajet. Tol. Laym. Sanct. Gall. *pag. 356. &c.* Ea tamen æqualitas non est physicè æstimanda, sed moraliter, ità, ut considerata qualitate personæ voventis, aliisque circumstantiis, res subroganda sit æquè bona ad honorem & obsequium DEI. Laym. *Lib. cit. cap. 8. num. 24.* cum Cajet. Silv. Soto, Toleto, Suar. Nec proinde attendi in commutatione debet, quòd sit aliquid operis excellentioris, sed quòd magis prosit voventi. Sbogar *Tr. 158.* La Cr. *num. 521.* Potest. *n. 1931.* Et sufficit, si bona fide judicetur

æqua-

æquale, ne via ſcrupulis aperiatur. Ut rectè cum P. Stoz. notat Hertzig *num.* 246.

261. Néque etiam neceſſe eſt, ut materia ſubrogata ſit perpetua, licèt talis fuerit voto promiſſa, dummodò perpetuitas compenſetur morali æqualitate operis ſubrogati. Nicol. Moſcicen. *in Exam. Approb. tit.* 13. Januſſov. *Lib.* 1. *diſt.* 15. *Concl.* 14. Poteſt. *Lib. cit.*

Inſuper, licet conſultiùs ſit, ut votum reale commutetur in aliud reale, & perſonale in actionem perſonalem, quantùm commodè fieri poteſt, tamen néque hoc neceſſariò obſervandum eſt. Sanct. Gallen. *pag.* 357. Pot. *Lib. cit.* La Cr. *num.* 521. cum Laym. & communi.

262. Poſſunt etiam vota commutari in ea opera, quæ vovens ſolet aliàs ex devotione peragere. La Cr. *num.* 520. cum Vasq. & Suar. imò omnes, teſte Lohner *Inſtruct.* 5. *cap.* 3. §. 2. *q.* 8. Non tamen ad

opera

opera ad quæ aliunde ſub gravi obligatione tenetur. Quia id cederet in notabilem Divini cultûs jacturam, P. Poteſt. *num. 1934.* ex Gobat dicens id certum. Item la Cr. mox cit. cum Leſſio, &c.

263. Subdit P. Poteſt. conſultiùs eſſe, ut omnia vota in frequentiam Sacramentorum commutentur: quia ſunt cæteris operibus meliora ad utilitatem ſpiritualem voventis.

Alia Exempla commutationum videri poſſunt apud Thomam Tambur. *§. 6. à num. 11.* Sporer *à num. 126.* Poteſt. *à num. 1936.* Lohner *Inſtruct. 5.* Januſſov. *Addit. 3. pag. mihi 506.*

264. Formula porrò ad commutandum vota ſimplicia, *v. g.* alicujus peregrinationis, hujusmodi eſt per Confeſſarium Privilegiatum uſurpanda, & poſt ordinariam abſolutionem à peccatis ſubjungenda: *Item, Authoritate Apoſtolica mihi ſpecialiter delegata, tibi votum peregrinationis, quod emiſiſti,* in

in eleemosynam, seu alia opera pietatis, quæ tibi præscripsi, dispensandò commuto. In nomine Patris ✠ &c.

Si autem commutandum est votum simplex Castitatis in ordine ad ineundum Matrimonium, hæc formula, post solitam à peccatis absolutionem dicatur: *Item Authoritate Apostolica mihi specialiter delegata, tibi votum castitatis quod emisisti, ad effectum, ut Matrimonium contrahere, & debitum conjugale reddere & exigere licitè possis & valeas, in opera tibi præscripta, dispensandò commuto. In nomine Patris ✠ &c.*

CAPUT XI.

Privilegium Undecimum.

Quoad facultates circa relaxationem Jejuniorum. Item observationis Festorum ad laborandum, ac dispositionem de Bonis incertis.

THESIS SYNOPTICA

265. 1. PRælati Regulares possunt cum suis subditis Religiosis dispensare (si adsit causa justa) in jejuniis Ecclesiæ, etiam temporis quadragesimalis. 2. Idem possunt cum sæcularibus familiaribus. 3. Confessarii autem Regulares cum suo pœnitente possunt quidem dispensare in jejunio debito ex voto. 4. At nequeunt sic dispensare in jejunio debito ex præcepto Ecclesiæ. 5. Nisi sint Parochi. 6. Sed duntaxat possunt declarare aliquem deobligari, dum justam perspiciunt causam excusantem. 7. Similiter declarare possunt circa observationem festorum ad laborandum,

ım, dummodò id fiat absque præjudicio Parochorum. 8. Possınt præterea ex deputatione Prætorum disponere de bonis incers suorum pœnitentium.

Prima pars Thesis, constat ex 266. ıriis Privilegiis, quæ referunt Casrub. *in Comp. Privil. V. Jejuıum.* Rodriq. *Tom. 2. Qq. Regul. ı 100. art. 2. & 3.* aliique. Tum tiam ex jure communi, vi cujus rælati Regulares gaudent poteate Episcopali erga suos, ex *Cap. bbates. Tit. de Privilegiis in 6.* : possunt quoad absolutiones ac ispensationes ea omnia facere, uæ Episcopi jure communi possınt cum suis. Unde id docent oannes à Cruce *Lib. 1. de voto bedientiæ cap. 6. Dub. 21.* Suar. *Tom. 4. de Relig. Tr. 8. Lib. 2. ap. 12.* Lezana *Tom. 1. cap. 18. um. 55.* Bordon. *Resol. 18. num.* . La Cr. *Lib. 3. Part. 2. num. 1310.* eiffenst. *in Theol. Mor. Tr. 10. Dist. 2. num. 76.* Noster Mallech.

Part. 2. *pag.* 77. *num.* 20. Anton. à S. Spir. *Tr.* 2. *Disp.* 1. *num.* 118. P. Kazenp. *in supplem. Part.* 1. *n.* 354. cum Herinx & communiter.

267. Quoad causam verò dispensationis observandum, quòd si causa sit omninò sufficiens ad excusandum à jejunio, eaque evidens, tunc non sit opus dispensatione; sed ea solùm datur, dum causa vel non est ad excusandum sufficiens, vel dubia. Ex S. Thoma 2. 2. *q.* 147. *art.* 4. *cit.* Pichler *Lib.* 3. *Decr. tit.* 46. *num.* 5. La Cr. *Lib. cit. num.* 1308. cum Illsung. Quanquàm si periculum sit scandali, etiam in evidentia causæ petenda sit dispensatio. Ut docet P. Steph. à S. Paulo *Tr.* 2. *Disp.* 1. *num.* 128. ex S. Thoma *Lib. cit.* aliique. Laudabiliter item in causa dubii de causæ sufficientia potest misceri commutatio, ut injungantur aliquæ orationes vel pia opera. Lezana *Tom.* 3. *V. Jejunium*, ex Cajet. Navar. Sanch.

Secun-

Secunda pars Thesis, quòd 268. Prælati possint in jejunio dispensare etiam cum sæcularibus familiaribus, habetur ex concessione Eugenii Papæ IV. facta Monachis Ordinis S. Hieronymi, & refertur in compendio Minorum *V. Jejunium* §. 7. & in Compend. Privil. Soc. J. *V. Dispensatio.* §. 7. his verbis: *Præpositi domorum possunt dare licentiam de consilio Medici vel sine eo (si commodè haberi nequit) ut nostri familiares domorum debiles vel infirmi possint comedere carnes & Lacticinia in Quadragesima, aliisque Jejuniis Ecclesiasticis, etiam sine licentia Diœcesani.* Et ità etiam docet Anton. à S. Spir. *Lib. cit.* cum Pasqual. & Bordon. *Resol. 18. num. 7.* cum Rodriq. Miranda, &c. Quinam autem veniant nomine familiarium, dixi *numerô 12.*

Tertia pars Thesis, quòd iidem 269. Confessarii Regulares possint dispensare cum suo pœnitente in je-

junio debito ex voto, constát ex dictis *num. 215.* & *221.* ubi ostensum est Regulares posse dispensare in votis simplicibus non reservatis; atqui votum jejunii non est reservatum: ergo.

270. Quarta pars Thesis, quòd iidem Confessarii Regulares nequeant dispensare in jejunio debito ex præcepto Ecclesiæ, docetur à P. Sanch. *Lib. 8. de Matrim. Disp. 9. num. 27.* Busemb, *Lib. 3. cap. 3. Dub. 2.* Bordono *Resol. 15. num. 32.* cum Hier. Rodriq. &c. Tum quia Confessarius non habet Jurisdictionem in foro externo. Tum quia non constat tale aliquod Privilegium Regularibus concessum. Imò citati Bordon. & Rodriq. dicunt nullum ad hoc haberi Privilegium. Item Lezan. & Anton. à S. Spir. diligentes alioquin Privilegiorum assertores, de nullo ejusmodi meminerunt.

271. Hinc valde ambiguum redditur, quod P. Georg. Geisser *Opusc.* de

de Privil. Part. 1. num. 217. ex P. Ysone refert concessum ab EUGENIO IV. Cistertiensibus Privilegium ad potestatem dispensandi cum sæcularibus in jejunio, si indigere judicentur.

Similiter non satis firmum videtur, quod P. Laym. *Lib. 4. Tr. 8. cap. 3. num. 6.* tradit concessum à S. PIO V. Societati JESU, Annô 1563. ut in partibus hisce Septentrionalibus possint cum iis, qui non possunt disponi ad totam Quadragesimam jejunandam, dispensare pro aliquot diebus in septimana. Nam hocce indultum neque habetur in Compend. Privil. S. J. Antverpiæ Annô 1635. edito, nec facilè ab aliis affertur.

Quinta pars Thesis, exceptiva 272. est, *nisi Regulares sint Parochi:* tunc enim uti poterunt jure Parochorum, quibus tanquam Pastoribus consuetudo tribuit facultatem in jejuniis dispensandi cum suis in casu particulari. Ut docent Syl-

vest. & Sanch. apud Busemb. Item Reiffenst. *sup. cit. num. 77.* cum Mastrio. Item Th. Tambur. *de Præc. Eccl. tr. 4. cap. 11. num. 6.* Pichler *Lib. cit.* Et saltem, quando Episcopus abest, id admittit Lezan. *Tom. 3. V. Jejunium num. 10.* cum Cajet. Navar. Bonac. quibus accedit la Cr. *Lib. 3. Part. 2. num. 1311.*

273. Sexta pars Thesis, quòd Confessarii (etiam seclusô Privilegiô) declarare possint aliquem deobligari à jejunio, dum justam perspiciunt causam excusantem, est extra dubium. Imò id omni viro prudenti, præcipuè Medico in causa infirmitatis, admittunt Bonac. *To. 2. Tr. de jejun. pu. ult. num. 18.* Tambur. *Lib. cit. num. 8.* La Cr. *cit. num. 1310.* Sbogar *Tr. 93. num. 72.*

Septima pars Thesis, etiam non abet difficultatem: quia declara- non requirit jurisdictionem, dens judicium. Ideóque posse

posse Confessarium dubio pœni-tenti declarare, quòd in certa cir-cumstantia laborando excusetur à peccato, exprimunt inter alios, Bordonus *Resol. 15. num. 32.* & Laym. *Lib. 4. tr. 7. cap. 4. num. 2.*

Addidi tamen, *dummodò id fiat absque præjudicio Parochorum.* Nam hi ut proprii Pastores consu-lendi sunt à sibi subditis, dum commodè fieri potest, ne conte-mni videantur.

Cæterùm autem Confessarii Re-gulares dispensare non possunt etiam cum suis colonis, ut in die-bus festis laborent, ùt cum Bello-chio docet Bordon. *Lib. cit.* & con-cordat la Cr. *Lib. 3. Part. 1. num. 584.*

275. Octava pars Thesis, quòd Con-fessarii Regulares ex deputatione suorum Prælatorum possint dispo-nere de bonis incertis suorum pœ-nitentum, habetur ex Privilegiis concessis per ALEXANDRUM IV. & URBANUM VIII. quæ refert Confe-

ctius *in sua Collectione pag. 10. &
12.* & Bordon. *Resol. 6. num. 18.*

Dicuntur autem bona incerta, quorum quidem extat Dominus, ſed poſt diligentem inquiſitionem ignoratur quis ſit, ùt ex Soto, Graſſio, & communi tradit idem Bordon. De talibus ergo bonis, alioquin obnoxiis reſtitutioni, poteſt Confeſſarius jure per ſummos Pontifices conceſſo, diſponere, ut in tales aut tales pios uſus convertantur, vel Monaſterio ſuo, aut Eccleſiæ applicentur, dummodò poſt præmiſſam debitam inquiſitionem non reſciatur eorum Dominus, cui eſſent reſtituenda. Et facta tali applicatione, pœnitens manebit deobligatus à reſtitutione, ad eum modum, quô deobligatur per factam compoſitionem cum Pontifice, de qua, ſi lubet, vide Caſuiſtas.

C A-

CAPUT XII.

Privilegium Duodecimum.

Quoad executionem Litterarum Apostolicarum in absolutionibus & dispensationibus.

THESIS SYNOPTICA.

Litteras Apostolicas, quæ dirigi solent Magistris in Theologia ad effectum absolvendi fideles à vinculis censurarum & casuum reservatorum, vel dispensandi in obligationibus votorum, & impedimentis Matrimoniorum aut irregularitatum; aperire & exequi possunt Confessarii Regulares, dummodò sint 1*mò*. Doctores Sacræ Theologiæ, etiamsi in sola Religione ex Privilegio graduati. 2*dò*. Pro Confessariis ab Ordinario loci approbati. 3*tiò*. A pœnitente specialiter electi. 4*tò*. E contra non possunt *communiter* ejusmodi litteras exequi alii simplices Confessarii Regulares, & non graduati in Theologia 276.

logia

logia vel Jure Canonico. *5tò.* Nisi sint à suo Patre Generali, vel de ejus licentia, ab alio Superiore ad id specialiter deputati, &c.

277. Antequam verò ad Thesis hujus expositionem procedamus, notandum est, per litteras Apostolicas intelligi, quæ per PAPAM, vel PAPÆ nomine in Curia Romana expediuntur. Lezan. *Tom. 3. V. Litteræ, num. 1.* ex Graffio, & Filliuc. Ex iis aliæ dicuntur Bullæ, quibus plumbeum Sigillum appenditur, aliæ Brevia, quæ Sigillô cereô per annulum Piscatoris (quòd S. Petrus eô usus fuisse credatur) signari solent.

Aliis divisionibus ejusmodi litterarum ommissis, purè ad intentum nostrum quædam agenda erunt de litteris Sacræ Pœnitentiariæ, quæ etiam inter Apostolicas litteras numerantur: siquidem in Curia Apostolica per Cardinalem Majorem Pœnitentiarium velluti PAPÆ officialem expediuntur,

&

& communiter mitti solent cum hac superinscriptione : *Discreto viro Confessori, Magistro in Theologia, vel Decretorum Doctori ex approbatis ab Ordinario, per latorem præsentium specialiter eligendo.*

Hujusmodi ergo litteras Apostolicas, quòd aperire, & exequi possint Confessarii Regulares, si sint Doctores Theologiæ, etiamsi in sola Religione ex Privilegio graduati (quæ est prima pars nostræ Thesis) docent Lezana *Lib. cit. num.* 14. P. Hiac. Donatus, *Tr. de dispens. q.* 42. cum Sanch. & Rodriq. Thom. Rotar. *in Theol. Moral. Regularium Tom.* 3. *Lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 25. Noster Mallech. *in Quadrip. pag.* 308. *num.* 58. Reiff. *in Append. ad Lib.* 4. *Decret. num.* 445. Matthæuc. *in Officiali Curiæ Regular. cap.* 22. *num.* 5. Kazenp. *in supplem. Part.* 1. *cap.* 1. *num.* 395. & certum esse rectè dicit sup. cit. Lezana. 278.

Quia

Quia etiam tales ſunt veri Magiſtri ſeu Doctores Theologiæ, & gaudent omnibus Privilegiis & gratiis, quibus alii quicunque in publicis Univerſitatibus promoti: uti irrefragabiliter conſtat ex pluribus & certis ſummorum Pontificum Privilegiis.

279\. Ità enim CLEMENS PAPA X. Annô Domini 1670. per Bullam: *Ex injuncto*, conceſſit Proto-Eremitico Ordini Noſtro, hoc verborum tenore: *Ut autem eorum, qui ſtudia peregerint labores debitis honoribus decorentur, pro tempore exiſtenti Superiori Generali, Fratres expreſsè profeſsos dicti Ordinis, peractis ſtudiis hujusmodi, ad Magiſterii ſeu Doctoratûs, aliosque gradus Scholaſticos - - - per ipſum, vel ſi aliquô impedimentô detentus fuerit, per alium - - - promovendi, ſeu promoveri faciendi. - - - Ità, ut ſic promoti, & graduati, omnibus & ſingulis gratiis, prærogativis ac Privilegiis fruantur,*

tur, & gaudeant, quibus gaudent & fruuntur, qui in publicis Universitatibus ad ipsosmet gradus promoti sunt facultatem, authoritate & tenore præfatis, concedimus & impertimur.

Vide, si lubet, hanc Constitutionem Privilegialem per extensum relatam apud Mallech. *in Quadrip. pag. 295.*

Simile Privilegium concessum esse Generali Ordinis Carmelitarum, affert Lezan. *Lib. cit.* Insuper INNOCENTIUS PAPA XI. Annô 1679. concessit Ordini Minorum, ut ejusdem Lectores Jubilati possint litteras S. Pœnitentiariæ exequi, & omnibus Privilegiis gaudere, quibus gaudent aliorum Ordinum Magistri Theologiæ. Uti hoc Privilegium producit, *sup. cit.* Matthæuc. *num. 8.* Reiffen. *in cit. Append. num. 445.* & P. Potestas *Tom. 1. num. 261.*

Unde patet inaniter dici à P. 280. La Cr. *Lib. 6. Part. 3. num. 954.*

& P. Hertzig. *in Man. Conf. Part.* 2. *num.* 264. quòd non ſufficiat eſſe Magiſtrum vel Doctorem Ordinis Religioſi. Niſi intelligatur de iis, qui tantùm habent munus vel exercitium docendi, ſed nondum ſunt ex Privilegio Pontificio Laurea Doctorali ornati. Tales enim docentes, Profeſſores vel Lectores, etiam pro ſuprema Laurea licentiati, nequeunt titulô Doctoris, & ſecluſô aliô Privilegiô, litteras Apoſtolicas Magiſtris inſcriptas exequi. Ut fatentur cit. Lezan. Reiff. & Mallech. *num.* 59. cum Corrado & Sanch.

281. Secunda pars Theſis, alteram conditionem in executore litterarum Apoſtolicarum requiſitam complectitur, quòd videlicèt debeat Confeſſarius eſſe approbatus ab Ordinario. Ità enim exigit clauſula litteris S. Pœnitentiariæ apponi ſemper ſolita; hinc idipſum tradunt paſſim DD. addentes invalidam fore diſpenſationem, aliámve

man-

mandati Apostolici executionem, si fiat à Confessario non approbato per Ordinarium. Ità Vinc. de Justis *Lib. 1. de Dispensat. cap. 8. num. 99.* Reiff. *in Append. n. 449.* cum Sanch. &c. quia nemo potest validè exequi, nisi sit verè delegatus à S. Pœnitentiaria.

Sufficit autem si sit approbatus ab Ordinario loci, in quo fit executio litterarum, estò non esset ab Ordinario pœnitentis, ùt declaravit S. Congregatio, teste cit. Vinc. de Justis, & Reiff. ex eodem. Ratio etiam est: quia talis exequens debet pœnitentis Confessionem audire, eúmque absolvere, ex dicendis: ad hoc verò requiritur & sufficit approbatio Episcopi loci.

Tertia pars Thesis, continet tertiam conditionem ex parte executoris requisitam, ut sit à latore litterarum, sive ab Oratore pro quo Breve S. Pœnitentiariæ emanatum est ad exequendum specia- 282.

liter electus. Id namque postulant clara verba clausulæ *num. 277.* adductæ, & similiter notant Reiff. *num. 450.* Kazenp. *num. 400.* Hertzig *Lib. cit.* Pichler *Lib. 4. Decret. Tit. 16. num. 27.* aliíque. Nihilominùs si unus Confessarius à pœnitente electus nolit præsentatam sibi commissionem aut dispensationem exequi, quòd putet eam esse subreptitiam, vel alia de caussa, &c. poterit pœnitens variare, & alium adire ac eligere Confessarium, qui forsan benignioris erit opinionis. Ità Bonac. *Tom. 2. Disp. 1. q. 2. pu. 2. num. 2.* cum Sanch. Guttierez, & Reginaldo. Item Lezan. *sup. cit.* cum Naldo. Et la Cr. *cit. num. 952.* cum Krimer. Idque ipsammet Sacram Pœnitentiariam sæpè interrogatam respondisse testatur Pyrrh. Corrad. *in Praxi Dispensationum Lib. 7. cap. 4. num. 72.*

283. Quarta pars Thesis, quòd *communiter* seu ordinariè loquendo

non

non possint alii simplices Confessarii Regulares exequi litteras Apostolicas certa est, & recepta apud AA. Quia communiter S. Pœnitentiaria facultatem delegat Confessario Magistro in Theologia, vel Decretorum, id est: Juris Canon. Doctori; ideóque alius, etiamsi foret doctissimus Theologus, nisi polleat requisita qualitate Doctoris graduati, vel aliô Privilegiô, peccabit graviter (ex cit. la Cr. & Krimer) si præsumat litteras illas exequi; & insuper functio erit invalida. Ut dictum supra, & docent Reiff. *num.* 442. Item P. Kazenp. *num.* 397. cum Sanch. de Justis, Diana, Lezana, Pontio, Gobat & communi.

Dixi tamen: *communiter* non possunt, &c. Nam aliquando Sacra Pœnitentiaria expedit sua Brevia, cum tali inscriptione: *Discreto viro Confessori, ex approbatis ab Ordinario, per latorem eligendo.* Et tali casu potest quisque

Confessarius approbatus, quem sibi pœnitens elegerit, Breve illud aperire & commissionem exequi. Sanch. Bonac. Tambur. & cum iis Elbel *num. 512.* Matthæuc. *Lib. cit. num. 10.* Reiff. *num. 452. &c.*

284. Quinta pars Thesis, respectu 4*tæ* præcedentis partis exceptiva id continet, quòd Confessarii Regulares, etiam non Doctores, possint litteras Apostolicas exequi, si tamen sint ád id specialiter deputati à suo P. Generali, vel de ejus licentia ab alio Superiore. Tale enim Privilegium concessit Religioni Societatis JÉSU, GREGORIUS XIII. Annô Domini 1582. per Bullam: *Exponi nobis*, quæ refertur in Bullar. Cherub. *Tom. 2. pag. 456.* & summariè habetur in Compend. Privil. ejusdem Societatis, tum veteri, tum novo, *Tit. Confessarius*, *§. 3.* idémque adducunt la Cr. *num. 978.* Pichler *sup. cit.* Hertzid. *num. 264.* Anton. à S. Sp.

Tr.

Tr. 2. *Disp.* 1. *num.* 117. cum Joan. à Cruce, & communi.

Hoc verò Privilegium per communicationem competere etiam aliis Religiosis Mendicantibus, & cum his communicantibus, docent Sanch. Rodriq. Vinc. de Justis, quos citat & sequitur Reiff. *Lib. cit. num.* 447. Donatus *Tom.* 3. *Tr.* 4. *q.* 42. *num.* 1. Bordon. *Resol.* 127. *de Confessar. q.* 11. *num.* 42. Peyrin. *Tom.* 1. *de subd. q.* 1. *cap.* 21. *§.* 2. Kazenp. *Lib. cit. num.* 396. Corella *Tr.* 6. *num.* 121. cum Diana *Part.* 4. *Tr.* 4. *Resol.* 71. Busemb. *in Append. ad Lib.* 1. P. Pichler & Hertzig *LL. cc.* Elbel. *Part.* 3. *de Matrim. Confer.* 20. *num.* 513. cum Bosco & Herinx. Unde communiter, teste Reiff. rejicitur opinio Lezanæ *Tom.* 3. *V. Litteræ, num.* 16. eúmque secuti Nostri P. Mallech. *pag.* 309. *num.* 60. opinantis præfatum Privilegium esse personale, concessum soli P. Claudio Aquaviva *p. t.* Generali, neque

285.

proinde communicari aliis. Contra enim eſt: quia licet inſcriptum ſit dicto P. Generali, attamen conceſſum Religioni, ſeu Presbyteris Societatis de ejus licentia deputandis, & ex motivo generaliter ſe extendente etiam ad Succeſſores: rectè itáque communiter à DD. intelligitur, & à PP. Societatis uſu quoque ipſo accipitur tranſiiſſe ad Succeſſores, & eſſe Privilegium non merè perſonale, ſed reale, & conceſſum Religioni, ac officio. Adde, cenſeri Privilegium reale, ſi concedatur perſonæ ratione dignitatis, ùt ex Caſtrop. notat la Cr. *Lib. 1. num. 833.* Concordat Mallech. *Part. 1. num. 9.* Inſuper in caſu dubii Privilegium favorabile judicandum eſt eſſe reale, ùt probat ipſe Lezana *V. Privileg. n. 4.*

286. Porrò pro praxi impetrandæ à S. Pœnitentiaria abſolutionis vel diſpenſationis, placet hic deſcribere formulam, quam ipſamet S. Pœnitentiaria typis Romanis edi

cura-

curavit A. D. 1689. & aliis communicari providè consuluit. Eamque referunt P. Franc. Campioni *in sua Instruct. Confessar. Part. 1. cap. 18.* La Croix *Lib. 6. Part. 3. num. 909.* Goncsik *in Additis ad Centur. casuum de Sacramentis, pag. 423.* hoc tenore:

Instructio Parochorum, & Confessariorum, pro casibus quorum absolutio seu dispensatio à Sacra Pœnitentiaria Apostolica impetratur.

§. I. CUm sæpè sit experientiâ compertum, plurimos utriusque sexûs Christi fideles, & præcipuè in longinquis degentes, censurarum vinculis, votorum obligationibus, Matrimoniorum impedimentis, nec non irregularitatum, & casuum quoquô modô reservatorum ligaminibus adstrictos, ad S. Sedem, ejúsque S. Pœ-

nitentiariam ſpectantibus irretitos, in illis lacrymosè perſiſtere, & continuis conſcientiæ agitationibus laboriosè perdurare; cujus mali cauſas ex ſimilibus provenire innotuit.

§. 2. Primò, eò: quòd Parochi, vel alii, ad quos hujusmodi pœnitentes recurrere contingit, in pagis, aut locis ruralibus degunt, & viam, modúmque recurrendi ad præfatam S. Pœnitentiariam ignorant, nec aliquem hìc Romæ agnoſcunt, ad quem ſupplicationes dirigant; unde pœnitentes perplexos dimittunt, quibus, cùm ad Ordinarium accedendi (fœminis præſertim) verecundia, aut timor aditum intercludat, conſilium ulterius requirere neſcientes, remedium deſperant, & in prædictis vinculis, obligationibus, impedimentis, inhabilitatibus, & caſibus reſervatis, cum periculo damnationis inſordeſcunt.

§. 3. Secundò evenit, quòd pœnitentes egeni, recognitionem

pro

pro solicitudine, & labore Agentium; Romæ commorantium, exsolvere non valentes, inconsolati, ac conscientiæ motibus concussi, in periculoso statu manere coguntur, & forte (quod pejus est) sibi persuadent, Sacræ Pœnitentiariæ Tribunal, aliquid lucri pro litteris prædictis recipere, cùm revera S. Pœnitentiariæ Ministri, nec aliquid, quamvis minimum, nec etiam sponte oblatum unquam recipiant, & gratis omnia exhibentes, singulos ad se recurrentes serena fronte complectantur.

§. 4. Tertiò accidit etiam nonnunquam per inadvertentiam exponentium, ut gratiæ juxta exposita obtentæ, irritæ evadant, eò, quia casus & circumstantias necessarias reticeant, unde fit, quòd litterarum executores casu postea pœnitentium examinato, rem aliter se habere, quàm expressum fuerat, comperiant, & gratias subreptitias, aut obreptitias esse in-

veniant: quare pœnitentes confusi remanent, & spe novæ dispensationis se carere putantes, in prædictis vinculis, obligationibus, &c. miserabiliter remanent.

§. 5. Quare gratum DEO, & utile fidelibus futurum esse speratur, si iste modus recurrendi ad ipsam S. Pœnitentiariam proponatur.

§. 6. Confessores itaque, cùm pœnitentes præfatis vinculis irretitos ad se accedere contigerit, casuum qualitates, & præfatorum casuum circumstantias considerent, causásque dispensationum, aut commutationum exprimant, & caveant ne quod occultum est, publicum faciant, præsertim impedimenta occulta Matrimoniorum, nam publica, vel ad publicum redacta, non pertinent ad S. Pœnitentiariam.

§. 7. Et sic præfati Confessores, seu pœnitentes poterunt casus præfatos cum dictis circumstantiis, &

cau-

causis exponere, sive latino sive alio quocunque idiomate propriæ Regionis; Nam S. Pœnitentiaria suos ex quacunque Regione Pœnitentiarios subordinatos habet, & exprimant in fine expositionis casûs, nomen, & cognomen, cui sit à S. Pœnitentiaria rescribendum, etiamsi ipsum nomen, & cognomen sit ficticium. Itémque modum per quem responsio secura dirigi possit, significando scilicet, vulgari nomine Oppidum, seu Civitatem, & Regionem, cum dato mensis, & anni in hunc modum.

§. 8. Intus incipiant epistolam, seu supplicationem sic:

EMINENTISSIME, ET REVERENDISSIME DOMINE.

N. *Mulier emisit votum simplex castitatis: manet in periculo incontinentiæ, nisi nubat: supplicat sibi votum commutari ad effectum contrahendi Matrimonium.*

Ter-

Terminent epiſtolam, ſeu ſupplicationem ſic:

Dignetur Eminentia Veſtra reſcribere ad NN. & exprimant nomen & cognomen, cui eſt reſcribendum. *Ad civitatem N.* exprimendo nomen Civitatis. *Per Oppidum N.* exprimendo vulgari nomine nomen Oppidi. *Et dirigere Breve ſeu gratiam ſimplici Confeſſario, ſeu Confeſſario Magiſtro in Theologia, ſive Decretorum Doctori, ſive Parocho, cui pœnitens aperuit ſuam conſcientiam;* ne ipſe pœnitens, & præſertim fœminæ cogantur circumire pro executione gratiæ Sacræ Pœnitentiariæ.

Dirigant epiſtolam, ſeu ſupplicationem, ſcribendo extra, ſeu à foris, in hunc modum:

EMINENTISSIMO, ET REVERENDISSIMO DOMINO, DOMINO CARDINALI MAJORI PŒNITENTIARIO.

ROMAM.

S. 2.

§. 9. Et si tardaverit responsio, Confessarii rescribant, ne forte sit deperdita, & nunquam desperent pœnitentes.

§. 10. Monentur insuper Parochi, sive Confessarii, ad quos præsentes litteræ pervenerint, illarum notitiam, quibus poterunt, pro animarum salute communicare.

Hactenus exemplar Romæ impressum A. 1689.

287. Ulterius autem ad prudenter agendum cum pœnitentibus, vinculô aliquô voti, alteriúsve impedimenti laborantibus, atque ad declinandum omnem errorem, Confessario observandæ sunt, quas subnecto

Practicæ Informationis Regulæ.

PRimò. Confessarius diligenter videat subsistentiam voti, juxta dicta *num. 254. & seqq.* vel irregu-

regularitatis, vel impedimenti. Ne alioquin & se frustraneo labori, & pœnitentem gravi exponat incommodo. Examinet itáque pœnitentem, ut totum casum, cum necessariis circumstantiis sincerè aperiat *v. g.* in irregularitate inquirat, an sit ex defectu, vel ex delicto, & quali? In impedimentis Matrimonii indaget pariter quale sit: an *v. g.* affinitas, vel consanguinitas, & in quoto gradu, &c.

288. *Secundò.* Cognitâ impedimenti subsistentiâ inquirat, quæ causa adferatur pro expetenda dispensatione. Item ad quem effectum hæc petatur, an ad contrahendum Matrimonium, vel ad revalidandum jam contractum. Et si hoc, utrum contractum fuerit bona fide, seu cum ignorantia impedimenti, an mala fide, ex parte unius vel utriusque conjugis.

289. *Tertiò.* In impedimento, & crimine inquirendum an sit occultum, vel publicum, aut facilè publicandum,

dum, a) habetur autem occultum si non laborat publicâ infamiâ, aut non sit deductum ad forum contentiosum. Bonac. *Tr. de Matrim. q. 3. pu. 15.* ex Sanch. & Regin. Item la Cr. *Lib. 6. Part. 3. num. 870.* cum pluribus; Lezana *Tom. 3. V. litteræ, num. 28.* aliique. Hinc manet occultum si sciatur à paucis *v. g.* à quinque, ut in *Can. manifesta, causá 2. q. 1.* dicit Glossa communiter recepta teste Reiff. *in Append. ad Lib. 4. Decr. num. 44.* Imò etiam, si personæ, quibus notum est, sint infra decem, ùt docet Pignat. *Tom. 6. cap. 99. num. 8. & 9.* La Cr. *Lib. cit.* & Noster Mallech. *in Samarit. Tr. 1. cap. 2. num. 146.* cum Menoch. & Barth.

Quar-

a) Additur : AUT FACILE PUBLICANDUM, quia hoc etiam requiri ad rationem occulti, ut non sit periculum, quod ulterius (præter paucos, quibus fors constat) publicetur, docet Reiff. *num. 44.* cum Sanch. Bosco, Barbosa, & Henriq. Item Kazenperg. *num. 407.*

Quartò. Benè percepto casu, videat Confessarius, an facultas dispensandi sit reservata PAPÆ & Româ petenda, an verò possit dispensare Episcopus vel Confessor Privilegiatus? nam ab his citiùs & faciliore negotio obtinebitur. Quòd si dubium sit an Episcopus possit dispensare, illicò recurrendum Romam, ne perdatur tempus, quod in summo lucro ponit anima periclitans. Ut benè monet P. Zetl. *Part. 2. num. 390.*

290. Quando autem, & in quibus impedimentis dispensare possint Episcopi, videatur Busemb. *Lib. 6. Tr. 6. cap. 3. dub. 4.* vel pleniùs de hoc disserens la Cr. *Lib. 6. Par. 3. à num. 835.* Reiff. *Lib. cit. num. 10. & seqq.* item *num. 144.* P. Potestas *num. 4228.* Lohner *Instr. 5. cap. 3. §. 1. q. 2.* Hertzig. *in Man. Part. 2. num. 489.* Pichler *in Lib. 4. Decr. tit. 16. num. 33.* Kazenp. *in supplem. Part. 1. cap. 1. num. 384. &c.*

For-

Formulas item recurrendi pro dispensatione ad Episcopum videre potes apud *cit.* Reiff. *in Append. num.* 240. *& seqq.* Pichler *Lib. cit. num.* 23. Kazenp. *num.* 385. Elbel *Tom. de Matrim. Confer.* 20. *n.* 503.

291. *Quintò.* Quòd si Episcopus, aut aliquis Privilegiatus dispensare non possit, sed recurrendum sit Romam, observandum erit, utrum ad Datariam, vel Pœnitentiariam? Duplex enim Tribunal Romæ institutum est pro impetrandis dispensationibus. Primum dicitur *Dataria*, à qua petuntur dispensationes in casibus publicis, & pro foro externo. Atque in his supplicatio semper inscribitur ad summum Pontificem, ex Reiff. *n.* 241. & alia fit in forma ordinaria, alia in forma pauperum, in qua non solvuntur expensæ, sed plures conditiones requirit, videndas apud la Cr. *num.* 931. & Reiff. *num.* 366. *& seqq.* Gratia verò seu rescriptum dirigi solet, vel ad Episcopum, vel

ejus Officialem, id eſt Vicarium Generalem. Reiff. *num. 295.* Suadet autem Kazenp. *num. 379.* ut in ejusmodi caſibus publicis non facile ſe immittat Confeſſarius ad expetendam diſpenſationem, ſed potiùs pœnitentem remittat ad ſuum Præſulem Ordinarium, vel ejusdem Vicarium. Ideóque nobis de hoc tribunali Datariæ non eſt neceſſum pleniùs agere; qui plura volet, adeat DD. citatos, & formulas ſcribendi ad ſummum Pontificem reperiet apud Pichler. *Lib. cit. num. 38.* Reiff. *num. 240. & ſeqq.* Elbel *num. 502. &c.* a)

292. Alterum tribunal eſt Sacra Pœnitentiaria, ad quam ſolùm recurritur pro foro interno, & dum caſus eſt occultus. La Cr. *num. 909. & 910.* aliique. Unde in examinibus ſuis benè attendere debet Con-

a) Cauſas autem ob quas diſpenſare ſo- Roma, vide ap. Reiff. *Lib. cit num. 111.* *ſeqq.* La Cr. *num. 951.* Kazenp. *num. 386.* *num. 4180.* Zetl. *Part. 1. num. 372.*

Confessarius, aut alius pro dispensatione recurrens, ne id quod occultum est; fiat publicum, præcipuè in impedimentis Matrimonii, ùt monet ipsa S. Pœnitentiaria in relata superiùs *num. 286.* instructione *§. 6.*

293. Quòd si quis haberet plura impedimenta, unum publicum, alterum occultum, is debet pro dispensatione publici recurrere ad Datariam, tacitô occultô: pro hujus autem dispensatione ad Pœnitentiariam; cui simul aperiendum est impedimentum publicum, super quo dispensavit, aut dispensatura est Dataria. P. Potest. *Tom. 1. num. 4196.* cum Clericato *cap. 137. num. 7.* Item Reiff. *num. 154.* cum aliis.

294. *Sextò.* Dum omnibus ritè perpensis agnoscitur recurrendum esse ad S. Pœnitentiariam, formanda est supplica ad Cardinalem Majorem Pœnitentiarium: Eaque potest scribi à quocunque, imò &

quocunque idiomate, ùt habet citata Inſtructio *§. 7.* At nomina Oratorum, ſive prö quibus petitur diſpenſatio, non debent poni propria eorum, ſed ficta *v. g.* Cajus, Berta, &c. Ut notat la Cr. *num. 953.* Pichler *Lib. cit. num. 23.* Elbel *num. 500.*

Quamvis autem ſupplica breviter ſcribenda ſit, omiſſis inutilibus verbis & ambagibus, attamen debet in ea claré, & veraciter exprimi tum impedimentum cum neceſſariis circumſtantiis; tum cauſa motiva ad diſpenſandum. Et maximè cavenda eſt ſubreptio & obreptio: hæc enim vitiat, & irritum reddit reſcriptum; ſi ſit de qualitate intrinſecè ad rem pertinente, ſeu ad rei ſubſtantiam, quatenùs de jure aut ſtylô Curiæ aliquid exprimendum eſt. Ut docent communiter Canoniſtæ, & nominatim Vinc. de Juſtis *Tr. de diſpenſ. lib. 1. cap. 4.* Reiff. *ad lib. 1. Decr. tit. 3. de Reſcriptis à n. 156.*

Pich-

Pichler *ad eundem tit. num. 13.* Dicitur autem *subreptio* dum tacetur verum, *obreptio* dum narratur seu proponitur falsum. Hæc tamen non irritat rescriptum, si accidat solùm circa causam impulsivam. Laym. *de legib. cap. 22. num. 22.* La Cr. *Lib. 1. num. 806.* Pichler *ad tit. de rescrip. num. 14.* cum communi. Idem dicendum si obreptio fiat in circumstantia accidentali, & parum aut nihil conferente ad rem postulatam. Bonac. *Q. 2. de Dispens. pu. 4.* cum aliis.

Septimò. Observandum, necessariò exprimenda esse in petitione dispensationis super impedimentis Matrimonii hæc: 1*mò.* Impedimentum exprimendum in sua specie, quale sit, videlicet, an affinitas, vel consanguinitas, aut cognatio Spiritualis, vel impedimentum criminis, aut publicæ honestatis? 2*dò.* An sit publicum vel occultum? 3*tiò.* In impedimento consanguinitatis exprimendum, cujus sit li- 295.

 neæ,

ſpem habuerit. Ut notat Corrad. *in Praxi Diſpenſ. cap. 3. num. 8.* Reiff. *Lib. cit. num. 183.* Pichler *num. 37.* & ita declarâſſe S. Congregationem Concilii referunt iidem Corrad. & Reiff. quanquàm aliqui ap. la Cr. *num. 922.* doceant non reddi irritam diſpenſationem, ſi ea expreſſio omittatur.

Plura qui volet de ejusmodi neceſſariò exprimendis in ſupplica, conſulat P. Vinc. Filliuc. *Tom. 1. Qq. Moral. Tr. 10. Part. 2. cap. 10. à num. 351.* Gobat *in Quinario Tr. 5. cap. 37. à num. 280.* La Cr. *Lib. 6. Part. 3. à num. 911.* Reiff. *in Append. cit. à num. 150. & 422.* Kazenperger *in ſupplem. Part. 1. num. 382.*

298. Formula autem ſcribendæ ſupplicæ una habetur ſupra in Inſtruc. S. Pœnitentiariæ §. 8. altera poteſt eſſe hujusmodi :

For-

Formula supplicationis pro dispensatione super impedimento affinitatis post contractum matrimonium.

EMINENTISSIME,
ET REVERENDISSIME
DOMINE, DOMINE
CLEMENTISSIME.

EXponitur humiliter Eminentiæ Vestræ, quòd Cajus N. Laicus, conscius (vel ignarus) *impedimenti, matrimonium in facie Ecclesiæ contraxerit, & successivè consummaverit cum muliere, cujus Matrem* (vel filiam, vel sororem) *antea carnaliter cognoverat; quare cum absque scandalo separari non possint, & impedimentum sit occultum, humillimè supplicat pro opportuno absolutionis & dispensationis remedio. Quam gratiam studebit suis ad Deum precibus pro possibili demereri.*

EMINENT. VESTRÆ

Servorum Infimus
NN. SACERDOS.

Dignetur autem Eminentia Vestra responsum dirigere per Venetias, Zagrabiam, ad conventum N. ad me supra scriptum.

299. Quòd si Confessarius non haberet aliàs facultatem exequendi litteras Apostolicas, & Orator vel Oratrix cuperet id per ipsum fieri, poterit eam facultatem petere, hæc adjungendo litteris: *Et quia Orator* (vel Oratrix) *ad me tanquam Confessarium, cui conscientiam suam aperuit, specialem habet confidentiam, dignetur Eminentia Vestra providere & disponere, ut concessam gratiam etsi Theologiæ aut Canonum Doctoratu insignitus non sim, mihi liceat exequi.*

Plures formulas si cupis, vide apud Reiff. *cit. à num. 426.* Pichler *Lib. cit. à num. 23.* Potest. *Tom. 1. num. 257.* P. Bonaventura Leonardelli in *decision. Pract. casu 40. à num. 243.*

Pra-

Praxis executionis litterarum Apostolicarum.

300\. MUlta itidem Confessario benè observanda requirit: 1*mò*.Exequi litteras S. Sedis aut Pœnitentiariæ nullus potest, antequam sibi in originali præsententur, ideóque invalidè dispensaret, si priùs id attentaret, etsi aliunde sciret illas fuisse concessas. Vinc. de Justis *Tr. de Dispens. L. 1. cap. 6. num. 2.* Reiff. *cit. num. 299. cum communi.* Arg. C. *super eo 12. Appelat.*

301\. 2*dò*. Postquam litteras receperit, non eas statim aperiat Confessarius, sed priùs consideret inscriptionem, & an habeat qualitates requisitas ad exequendum, de quibus dictum supra n. 278. & 281. & seq. Advocet deinde Oratorem (vel Oratricem) eíque litteræ clausæ offerantur, ut eligat quem velit pro earum executore. Hinc nec ipse Orator illas aperire debet, sed tradere electo executori. No-

tant

tant tamen Lezana *To 3. V. litteræ, num. 19.* La Cr. *num. 955.* aliique, quòd apertio sola non invalidet litteras, & si fieret ab alio, quàm ad exequendum electo.

302. *3tiò.* Executor electus moneat Oratorem, ut interea se paret ad sacramentalem Confessionem, donec ipse consideraverit tenorem litterarum postea sibi exponendum. Non enim expedit, ùt rectè advertit P. Zetl. *Part. 2. num. 375.* in præsentia Oratoris litteras aperire (quamvis id asserat la Cr. *num. 977.*) aut saltèm non debet ei statim tenor earum exponi, cùm soleant continere multa, quæ ulteriori discussione indigent.

303. *4tò.* Debet executor diligenter attendere clausulas rescripti, eásque accuratè observare, ne periculo nullitatis exponat dispensationis executionem. Clausulæ autem præcipuæ apponi solent hujusmodi. I. *Discretioni tuæ committimus, quatenùs, si ità est, &c.* II.

Au-

nitentis Confessarius concipiat pru- dens judicium de veritate narrato- rum, etsi non habeatur certitudo. La Cr. *num.* *981*. cum Gobat, & Karchne.

6tò. Examini subjungenda, & dispensationi præmittenda est Con- fessio peccatorum. Nam licèt ali- qui DD. utì Castrop. cum Sanch. & Gallego docuerint eam requiri, non ùt conditionem essentialem, sed ùt consilium. Alii tamen cer- tiùs asserunt ex novo stylo S. Pœni- tentiariæ illam requiri ùt conditio- nem ad valorem. Ità Corrad. *l. 8. c. 10. n. 31.* La Cr. *n. 956.* Reiff. *n. 457.* Lezan. *l. cit. n. 20.* & com- muniter. Ideóque in praxi sem- per est prærequirenda sacramenta- lis Confessio pœnitentis dispensan- di. Et in hoc diversitas est inter dispensationem, quam Confessor Regularis vi Privilegiorum dare potest in votis, & inter eam, quæ datur ex commissione S. Pœniten- tiariæ, quòd hæc ut valida & licita

306.

sit,

ſit, debeat fieri intra actum Sacramentalis pœnitentiæ, ùt etiam notat Pichler *l. cit. n. 27.* & Zetl. *n. 382.* Illam autem poſſe dari etiam extra Confeſſionem ſacramentalem, diximus ſupra num. 225.

307. *7mò.* Si pœnitens ſit in ſtatu *occaſionis proximæ* illius peccati, ob quod impedimentum contractum eſt, v. g. ſi in eadem domo teneat ſuæ putatitiæ conjugis ſororem, cum qua peccavit, debeat Confeſſarius antequam diſpenſet illi mandare, ut occaſionem proximam tollat, vel illam è domo ejiciendo, vel aliter agendo, ut ceſſet periculum proximum relapsûs. La Cr. *n. 957.* cum Gobat & Krimer. Item Reiff. *n. 462.* Elbel *n. 510.* Kazenp. *n. 403.* qui etiam notant clauſulam de tollenda occaſione, intelligi de occaſione proxima, non de remota.

308. *8vò.* Peracta ritè Confeſſione, pœnitentia injungenda eſt prout taxatur ſeu præſcribitur à S. Pœni-

ten-

tentiaria, ùt ex Barbosa & Gobat docet Reiff. n. 466. Si verò taxata non sit, relinquitur prudentiæ Confessarii. Bonac. *Tr. de Matrim. Q. 3. pag. 15. n. 7.* Reiff. *n. 467.* Præterea dum præscribitur iniungenda pœnitentia gravis, sufficit servare ejus substantiam, & quoad quantitatem relinquitur discretioni, ut Confessarius non nimis gravet pœnitentem, sed considerato ejus statu, sexu, ætate, complexione, &c. possit illam temperare. Lohner *Instruct. 5. cap. 3. §. 1. Q. 2. Resp. 2.* La Cr. *n. 962.* Zetl. *n. 398.* Hertzig. *n. 264.* Unde si præscripta esset Confessio menstrua, & pro singulis mensibus videretur tali personæ fore nimiùm gravis, sufficeret imponi bimestrem, ex benigna mente piæ matris Ecclesiæ. Kazenp. *n. 404.* cum Gobat & Perez. Item Lezana *lib. cit. n. 26.* cum Portel. & Bonac., &c.

Post injunctam pœnitentiam 309. absolutio danda à censuris in for-

ma Ecclesiæ consueta, id est: quâ Ecclesia uti solet in foro sacramentali, ùt ex Bonac tradit Gobat *in Quinario cap. 37. n. 207.* & Reiff. *n. 468.*

310. Deinde confertur absolutio à peccatis more solito. Licèt enim P. Kazenp. *n. 417.* dicat securiùs faciendam dispensationem ante absolutionem à peccatis, eò,quòd hac datâ terminetur actus Confessionis sacramentalis, intrà quem præscribitur facienda dispensatio: *nihilominùs* alii communiter ponunt absolutionem à peccatis præmittendam dispensationi, nominatim Pichler *lib. cit. n. 27. & 43.* Hertzig *lib. cit.* Zetl *n. 400.* aliique. Nam moraliter durat actus Confessionis etiam post absolutionem. La Cr. *lib. 6. par. 2. n. 1980.* cum Tanner. Lugo, Tambur. Illsung., &c.

311. *11mò.* Tandem subjungitur dispensatio per formulam ex Rituali Romano accommodatam, hoc, vel simili modo, dum dispensatio

fit

sit in impedimento: *Insuper authoritate Apostolica mihi specialiter delegata, dispenso tecum super impedimento affinitatis*, (vel consanguinitatis, vel criminis, &c.) *ut illo non obstante, cum conjuge, prævia renovatione prioris consensûs, Matrimonium secretè contrahere, & consummare, ac debitum conjugale exigere, & reddere licitè valeas. Pariter eadem authoritate, prolem susceptam, (si qua sit) & suscipiendam, legitimam esse, & fore, decerno ac declaro. In nomine Patris, &c. Passio Domini nostri, &c.*

Nota tamen, quòd etiam pro 312. talibus dispensationibus dandis non sit de valore necessaria certa verborum forma, quia nullum jus ità exigit. Lezan *To. 3. V. littera. n. 35.* cum Svar. Sanch. Bonac.

Nihilominùs ipsa legitimatio prolis debet necessariò fieri in ipso actu Confessionis Sacramentalis, ità, ut si extra eam fiat, invalidam dicat Reiff. *in Append. n. 479.* &

Kazenp. *in Suppl. pa. 1. num. 411.* Attamen cum P. Zetl. *p. 2. n. 403.* censeo, quòd si executor per inadvertentiam omisisset eam legitimationem dispensatione data, possit adhuc supplere defectum, & ad se advocare conjugem pro legitimanda prole; quemadmodum & alii defectus quidam possunt absolutionem suppleri. Favent la Cr. *lib. 6. par. 3. n. 969.* cum Sanch. Corrad. & Krimer.

313. Cæterùm hujusmodi legitimatio prodest proli *solùm pro foro interno*, & quidem cum tali differentia, quòd si proles nata sit ex Matrimonio putatitio, etiamsi mala fide ex parte utriusque Conjugis existente contracto, legitimatur ad omnes effectus tam temporales, v. g. successionem in hæreditate, quàm spirituales, v. g. susceptionem Ordinum, & beneficiorum Ecclesiasticorum. Quia tunc censetur Pontifex dispensare *in radice Matrimonii*, ùt vocant, ità, ut

per

per retrotractionem juris dispensando faciat Matrimonium priùs invalidum, censeri etiam pro tunc validum, quantùm ad effectus legitimitatis. Reiff. *in Append. n. 357.* cum Corrado, & de Justis. Item Kazenp. *lib. cit.* Zetl. *n. 401.* Pichler *ad Tit. 16. libri 4ti n. 45.*

At verò si proles nata sit ex pura fornicatione, seu ante illud Matrimonium putatitium, tunc legitimatur solùm ad effectus spirituales. Sanch. *lib. 8. de Matrim. disp. 7. n. 7.* Reiff. *lib. cit.* Pichler *ibid.* & communiter alii.

314. Quòd si Matrimonium putatitium fuisset bona fide saltèm unius conjugis in facie Ecclesiæ contractum, tunc proles ex eo nata habetur legitima ad omnes effectus, & pro utroque foro. Idque non quidem vi dispensationis S. Pœnitentiariæ, sed ex dispositione juris, *Cap. 2. Tit. 17. lib. 4. Decr. & lib. Filium 6. §. De his, qui sui vel alieni, &c.* La Cr. *lib. 6. n. 964.* cum

Sanch. & Gobat. Item Reiff. *ad cit. Tit. 17. num. 2.* Pichler *lib. cit.* aliique passim.

315. Post pronuntiatam porrò absolutionis ac dispensationis formam, rursus plura observanda sunt Confessario, ùt *1mò.* Si dispensatio facta est in impedimento dirimente Matrimonium, debet de hujus nullitate certioratum pœnitentem monere ad illud revalidandum. Et si priùs illud putatitium Matrimonium fuit contractum in facie Ecclesiæ, sive coram Parocho & testibus, & impedimentum maneat occultum, sufficit illud deinde revalidari privatim inter solos conjuges, ùt docent Navar., Barbosa, Laym., Lessius, aliique cum la Cr. *lib. 6. par. 3. n. 815.* Item Baben. *To. 8. par. 7. Disp. 3. Ar. 3. n. 2.* & tutum esse ait Kugler *Tr. de Matrim. n. 891.* & Carden. *in 2. Crisi n. 668.* Elbel *Confer. 14. n. 345.* tum quia est communis DD. teste Reiff. *in Append. n. 611.* tum quia

Sac

fic declaravit S. Pius V. Pontifex, ùt refert ex Navar. idem Reiff. *n. 612.* & ità practicat S. Pœnitentiaria.

316. Requiritur autem de necesse in simili revalidatione (dum Matrimonium non purè ex defectu consensûs unius, sed ob impedimentum dirimens invalidum fuit) novus utriusque conjugis consensus. Ut cum D. Thom. *in 4. Dist. 40. Qu. un. ar. 4. ad. 6.* Scoto, Card. Hostiensi, Sanch. Henriq. la Cr. *Num. 823.* Reiff. *cit. num. 585.* Leonardelli, *Casu 46. num. 299.* communissimè DD. tradunt: quia prior consensus fuit ob impedimentum ex parte utriusque illegitimus, & nullus. Idcirco etiam alteri conjugi (si fors ignoravit,) intimandum erit impedimentum, & super eo dispensatio, & novus ab utrinque consensus in mutuum conjugium eliciatur. Quod quidem facilè fiet, dum conjuges bene consentientes se constanter diligunt.

317. At si dissentientes fuerint, & periculum subsit ne alter conjunx, qui fuit ignarus impedimenti, dum id fortè resciverit, à priori Matrimonio resiliat, negotium potest magnam sæpè difficultatem pati. Unde in tali casu suadetur, ut alteri conjugi impedimentum insinuetur solùm genericè & conditionatè (& ità æquivalenter) atque exhibitis eidem priùs quibusvis charitatis officiis consensus ejusdem absolutus & de præsenti expetatur, hoc vel simili modo: *Angor in conscientia, quòd ex aliqua causa nostrum Matrimonium fuerit nullum, novúsque consensus requiratur: idcircò rogo te, ad pacandam conscientiam meam, ut in quantùm opus est, novum consensum ponamus, & me accipias in veram conjugem tuam, sicut ego te accipio.* Et si alter responderit *volo*, vel *accipio*, &c. salva res erit. a) secus

a) Quamvis autem & contra hunc modum aliqua objiciantur ap. la Cr. *Lib. cit.*

eus verò si tantum diceret: *vellem* aut *acciperem* te in conjugem, si non esses; id non sufficeret: quia solùm significaret se habiturum consensum, non autem habere de præsenti.

Plura de hac materia revalidationis, vide, si lubet, apud DD. citatos. Item Busemb. *Lib. 6. Tr. 4. cap. 3. Dub. 3.* Sporer *in Theol. Sacram. Part. 4. à num. 456.* Sbogar. *Tr. 116. cap. 8.* Pichler *Lib. 4. Tit. 16. num. 50.* Poteſt. *Tom. 1. num. 4245.* Zetl *Part. 2. à n. 404.*

318. *2dò.* Observandum circa dispensationem in voto castitatis, quòd si illa limitata sit, per facultatem hujusmodi verbis datam: *Votum præfatum ad hoc tantùm ut Matrimonium legitimè contrahere - - - valeat, dispensando commutet*: moneri

U 5

num. 814. excusat tamen necessitas, & periculum gravissimi incommodi, ut habet Cardenas in *2. Crisi Diss. 2. num. 681.* Elbel *Lib. cit. num. 344.* cum Sanch. Bonac. Sporer, Item P. Leonardelli *sup. cit. num. 299.* Pichler *Lib. cit. num. 55.* aliique communiter.

neri tunc debeat pœnitens, quòd mortuo conjuge redeat obligatio voti, secundùm dicta superius *n. 252.* & vice versa cesset substitutum onus pœnitentiæ salutaris. Quæ alioquin continuari debet, si dispensatio fuit illimitata, ùt inter alios notat P. Potest. *Tom. 1. num. 264.*

319. *3tiò.* Observandum, quòd pœnitenti neque attestatio ulla danda sit de facta dispensatione, neque litteræ dispensationis reddendæ, sed ùt jubet solita S. Pœnitentiariæ clausula, laniandæ sunt, id est dilacerandæ, vel quòd consultiùs est, comburendæ. Sanch. *Lib. 8. de Matrim. Disp. 34. num. 42.* Hertzig *in Man. Conf. Part. 2. num. 265.* La Cr. *num. 966.* Reiff. *in Append. num. 482.* Et quia sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ea dilaniatio à S. Pœnitentiaria præcipitur, inde constat talem obligationem esse sub peccato mortali. Notantque DD. citati la Croix, Reiff. &c. Ra-

Ratio verò talis præcepti assi- 320. gnatur à DD. ne ejusmodi litteræ ullam probationem faciant in foro externo, in quo nec vult, nec potest dispensare S. Pœnitentiaria. Et hinc cavendum est sic dispensatis, ne publicum fiat eorum præcedens impedimentum. Nam si publicum fieret, & Judex vel Ecclesiasticus vel sæcularis actionem moveret contra eos conjuges, vel eorundem proles tanquam illegitimas, dispensatio illa in foro externo nihil juvaret. La Cr. *num. 964.* cum Gobat & Krimer. Atque ampliùs Reiff. *num. 480.* ex communi dicens, Ordinarium ad evitanda publica scandala debere sic dispensatos conjuges separare, &c. Secùs est dum dispensatio à S. Sede datur etiam quoad forum externum, *v. g.* per Datariam, tunc enim reus non potest ob idem delictum ab alio judice etiam sæculari puniri. P. Leonardelli *in Decis. Pract. casu 40. num. 250.* cum commu-

ni. Quia esto crimen esset fori mixti, si tamen reus à Judice qui prævenit, fuit absolutus, non potest ampliùs ob idem delictum ab alio puniri, tum ex Jure Can. *cap. 2. de Except. in 6.* tum ex *L. si cui crimen 7. ff. de accusation.*

321. *4tò.* Observandum, quòd Executor ejusmodi litterarum nihil possit exigere, imò nec spontè oblatum acceptare, etiam prætextu laboris, sed *gratis ubique* (ùt inscribi solet) ministerium suum exhibere. Sanch. *Lib. cit. num. 64.* Bonac. *Tr. de Legib. Disp. 1. q. 2. pu. 2. num. 17.* Lezan. *V. litteræ. num. 34.* & communiter. Estque ea obligatio gravis; tum quia aliàs daretur occasio multis Simoniis; tum quia solet huic prohibitioni adjungi pœna invaliditatis. Nihilominùs la Cr. *Lib. 1. num. 817.* cum Sanch. Filliuc. & Diana. Item Reiff. *Lib. cit. num. 321.* cum Vinc. de Justis, &c. docent, licitum esse post mandatam executioni dispen-

satio-

sationem accipere aliquid spontè ex gratitudine oblatum, minimè tamen prætendere. Quia tunc cessat ratio prohibitionis, quæ est in similibus, ne Judex vel Executor muneribus obcæcatus, minùs rectè suum munus obeat.

APPENDIX

De Tuto usu Privilegii, innixi sententiæ probabili.

PRo Coronide hujus Opusculi, quæres: An satis & practicè tutus sit atque cum effectu & valore usus Privilegii, in absolutionibus & dispensationibus ex sententia probabiliter affirmante? 322.

Ante Responsionem discernendum, quòd sicut dubium aliud est antecedens, aliud consequens, quod aliàs dicitur *posthumum*, a) ità & probabilitas dupliciter potest venire in quæstionem: videlicet, tum

a) Sic illud nominat P. Zetl in suo Confessario *Part.* 2. *num.* 136.

tum quatenùs antecedit operationem ut ſenſus ſit: an liceat operari, *v. g.* abſolvere vel diſpenſare, ex opinione probabiliter docente, adeſſe ad hoc Privilegium? &c. Tum deinde quatenùs probabilitas ſe habet conſequenter & poſthumè, ità ut poſt operationem factam, *v. g.* datam diſpenſationem dubitatio ſuboriatur, an valida ſit ejusmodi diſpenſatio data juxta ſententiam probabilem?

323. Rurſus benè diſtinguenda eſt in ejusmodi dubiis ac probabilitatibus *Quæſtio juris*, & *Quæſtio facti.* Prior dicitur, dum quæſtio ſuboritur de lege, vel de meritis facti, vel valore facultatis, aut actûs, *v. g.* ſi ambigitur an Privilegium, aut facultas diſpenſandi ſubſiſtat & legitima ſit, quam alioquin conſtat eſſe conceſſam. Quæſtio facti eſt dum ambigitur de exiſtentia actûs, ſeu utrum aliquid factum ſit, *v. g.* an datum Privilegium, an conceſſa facultas diſpenſandi, an

vo-

votum emissum, &c.? Laym. *Lib.* *1. Tr. 2. cap. 5. num. 2.* Babenst. *Tr. 1. Disp. 3. art. 1. num. 8.* Lezan. *Tom. 3. V. Dubium. num. 2.* La Cr. *Lib. 1. n. 74.* cum Stoz. &c.

324. His præmissis ℞. 1*mò*. Si dubium sit posthumum, seu si superveniat post absolutionem aut dispensationem ex Privilegio datam secundùm sententiam probabilem eo casu dubium rejiciendum est, & censendum subsistere omninò valorem factæ absolutionis vel dispensationis. Ratio est: quia in dubio præsumendum est pro valore actûs. Ex *cap. Abbate de Verbor. signif.* Et decis. S. Rotæ apud Thom. Rosa, *de Execut. litter. Apost. Part. 1. cap. 6. num. 58.* Idque cum aliis tradit Diana *Part. 3. Tr. 3. Resol. 64.* Tamb. *in Decal. Lib. 1. cap. 3. §. 7. V. Dispensatio, num. 5.* La Cr. *Lib. 6. Part. 3. num. 976.* Gobat *Tr. 9. num. 682.* Elbel *Part. 3. Conf. 20. n. 517.* Tum quia est quædam possessio pro

actu,

actu, tum quia in dubiis favorabiliora præferenda, *ex L. ſemper 56. ff. de Reg. Jur.* Et *Arg. Capitis: Ex tenore 14. tit. qui filii legitimi.*

325. Ratio præterea eſt: quia Eccleſia ſupplet defectum (in quibus poteſt) dum agitur ex ſententia verè probabili, licèt alioquin defectus ſubfuiſſet circa facultatem agentis a) ùt cum Suar. Sanch. Bonac. Diana, & communiſſima DD. tenet la Cr. *Lib. 6. Part. 1. num. 117.* Idque fundatur in Jure Can. *cap. Cùm contingat. de foro compet. & Cap. Romana 5. de ſent. Excom. in 6.*

Huc facit doctrina, quam ex S. Thoma *2. 2. q. 88. art. 12. ad 2.* affert P. Franc. Campioni *in Inſtruct. Confeſſ. Part. 2. cap. 33. n. 9.* videlicet in dubio circa cauſam diſpenſandi, id ſubmittendum eſſe

Supe-

a) Nam in errore communi Eccleſia ſupplet, licet non in errore privato, & paucorum, *v. g.* ſi aliqui putent non eſſe conſanguinitatem inter maritandos. V. la Cr. *Lib. 6. Part. 3. num. 528.*

Superiori (cujus nomine etiam ſtat delegatus) & ejus judicio aquieſcendum: DEUS enim reliquit authoritatem Superioribus, ut in dubio, eorum interveniente judicio ſubditus ſit verè diſpenſatus.

℟. 2*dò*. Tutè & licitè operatur, 326. dum quis probabiliore ſententia cenſet ad id haberi Privilegium, ídque tum in quæſtione juris, tum facti, dummodò non agatur de valore Sacramenti. Ità communis & certa doctrina Theologorum, quâ *in Tract. de Conſcien. probabili* traditur, licitum eſſe uſum ſententiæ probabilioris præ minùs probabili, etiamſi tutiori, dum non agitur de valore Sacramenti, &c. Idque nominatim docet Cardin. Vincent. Gotti *Tr. de actib. human. q. 5. Dub. 2.* Illuſtriſſimus Franc. Genettus *Tom. 1. Tr. 1. cap. 6. q. 5.* P. Joan. à S. Th. *1. 2. q. 18. Diſp. 12. art. 3.* Joan. Gonet. *in Manuali Tr. de act. hum. c. 16. q. ult.* P. Joan. Puteobonel. *de act.*

hum. q. 4. art. 2. Et à fortiori DD. illi, qui etiam opinionis minùs probabilis minùsque tutæ licitum uſum propugnant, uti P. Mezger *Tr. 5. Diſp. 14. art. 8.* Babenſt. *Tr. 1. Diſp. 4. art. 2. num. 14.* P. Anton. Terill. *Tr. de Conſc. prob. q. 22.* La Cr. *Lib. 1. num. 268.* & permulti apud ipſos.

Ratio eſt: quia in moralibus non requiritur certitudo ſtricta, ſæpiſſimè impoſſibilis, ſed ſufficit moralis, ſeu prudentialis ſecuritas: at hæc habetur dum probabiliore ſententia proceditur: nam eo ipsò, quòd ſibi appareat probabilior, ſimul apparet melioribus & firmioribus niti motivis, &c. ergò.

327. Dixi autem in Reſponſione: *dum probabiliore ſententia, &c.* Quia minùs probabilem opinionem, niſi tutior ſit, non licere practicè amplecti, etiam in purè moralibus, veriùs cenſemus, & alibi propugnavimus, cum Card. Joſ. Aguirre, & cit. Vinc. Gotti, Item P.

Con-

Contenſon, Gonet, Puteobon. Wenzl. & communiori Thomiſtarum. Quia non eſt prudenter eligibile, quod ipſi operanti repræſentatur potiùs, ſeu probabiliùs illicitum, quàm licitum, potiùs difforme, quàm conforme legi, &c.

Nihilominùs non exigitur, ut opinio ſequenda ſit *objectivè* & in ſe probabilior: hoc enim plurimis anxietatibus implexum eſſet, ídque aſſequi plurimis impoſſibile. Sufficit proinde ad licitum uſum, ſi probabilior ſit *ſubjectivè*, ſeu ſi ipſi ſubjecto operanti, poſt debitam pro ſtatu ejus inquiſitionem, & ſecluſâ paſſione, videatur probabilior. Ita cit. Card. Gotti, Puteobon. & P. Thyrs. Gonzalez *Tr. de recto uſu Opinion. Diſſert. 2. cum aliis.*

Dixi 2*dò*: *dummodò non agatur de valore Sacramenti, &c.* Nam in iis, quæ pertinent ad valorem Sacramenti, non eſt licitum uti ſententiâ minùs tutâ, etiamſi proba- 328.

biliore, ſed omninò amplectenda eſt in praxi tutior, dum fieri poteſt. Ut conſtat ex Decreto INNOCENTII XI. damnantis oppoſitam propoſitionem num. primam. De quo plura, ſi lubet vide ap. la Cr. *Lib.* 6. *Part.* 1. *num.* 104. Babenſt. *Lib. cit. art.* 3. *à num.* 14.

Hinc tamen excipe: niſi ſententia probabilior ex alio principio, ſive ex alia ratione ſuperveniente, novúmque robur inducente fiat moraliter & practice certa: *tunc* enim probabilioris licitus erit uſus, eſtò alioquin minùs tutæ. Ita cum Card. Lugo & Dicaſt. P. Gobat *Tr.* 6. *num.* 51. La Cr. *Lib. cit. num.* 108. aliique communiter. Ratio eſt: quia moralis certitudo excludit morale periculum erroris. Tum quia ſi una opinio fiat moraliter certa, illi oppoſita evadit improbabilis: at non eſt obligatio ſequi improbabilem, etſi tutiorem, relictâ moraliter certâ.

Porrò

Porrò ratio superveniens moraliter certificans habetur, vel ex communi Ecclesiæ consensu, vel ex doctrina communi Theologorum, vel ex recepta consuetudine. P. Cardenas *in Crisi Theol. Diss. 12. cap. 5.* P. Potestas. *Tom. 1. num. 85.* La Cr. *Lib. 1. num. 182.* Janussovski *in sentent. Moralibus Dist. 2. concl. 3.* 329.

Præterea talis certitudo practica seu moralis advenit, in casu, quô Ecclesia censetur supplere defectum la Cr. *Lib. 6. Part. 1. num. 111.* Hertzig *in Man. Conf. Part. 1. num. 183.* Babenst. *cit. art. 3. num. 22.* & DD. communiter apud Carden. *in Crisi Disser. 2. cap. 6. art. 3. num. 160. & seqq.*

Atque hinc deducitur: quòd etiamsi agatur de re ad valorem Sacramenti pertinente, si tamen ea sit ab Ecclesia supplebilis, *v. g.* jurisdictio, aut facultas dispensandi, &c. possit Confessarius uti tutè sententia probabiliore, dum- 330.

modò ſit certò probabilis, ſeu quæ ùt probabilis communiter agnoſcatur à DD. quia tunc Eccleſia ſupplet defectum, eſtò aliquis ejusmodi eſſet ſublatens. Ità DD. ſupra *num. 325.* citati. Item Babenſt. *Lib. cit.* & rurſus *Tr. 8. Part. 6. Diſp. 6. art. 3. num. 12.* cum Reding. & Mezger. Item P. Poteſt. *Tom. 1. num. 85. & 88.* Hertzig. *Lib. cit.* Idque moraliter certum dicunt Sanch. Tamb. Spor., Gormaz aliíque ap. la Cr. *Lib. 6. Part. 1. num. 117.*

331. ℟. *3tiò.* Si dubium antecedens ſit propriè tale (non præponderante pro alterutra parte probabilitate) etſi verſetur circa hujusmodi quæſtionem facti, an data ſit poteſtas vel Privilegium abſolvendi, aut diſpenſandi, &c. non licet operari cum tali probabilitate, aut dubio. Ita in ſimili, de impedimentis Matrimonii Sanch. *Lib. 8. Diſp. 6.* Dicaſt. *Diſp. 1. num. 208.* Gormaz. *de Sacram. n. 321.*

Viva

Viva *in Trutina ad prop. primam Innocentii XI. num. 29.* La Cr. *Lib. 1. num. 805.* Kazenp. *Part. 1. supplementi cap. 1. num. 377.* Leonardelli *casu 49. num. 326.* Ratio est: quia possessio stat pro lege, vel impedimento. Et certa indigentia absolutionis, vel dispensationis prævalet contra incertam potestatem.

332 Dixi autem *si versetur circa quæstionem facti, &c.* Nam si constet datum Privilegium, aut facultatem, & solùm sit dubium juris, an ea valida sit? potest ex alio principio dubium deponi, eôque depositô, licitè procedi ad operationem. Quia nimirum, ex axiomatibus juris, in dubiis semper benigniora, seu favorabiliora præferenda sunt. *L. semper 56. ff. de Reg. Juris.* Et argum. *cap. ex tenore 14. tit. qui filii legitimi.* Tum quia, in dubio præsumendum pro valore, ex dictis supra *num. 324.* Et ita la Cr. *Lib. cit.* cum Sanch.

Ca-

Castrop. Tambur. Gobat, Diana. Item Kazenp. & Leonardelli *LL. cc.* cum aliis.

333. Ex paribus principiis communiter docetur, quòd in dubio, an Privilegium sit revocatum, censendum sit, quòd non. Diana *Par. 4. Res. 51. §. Notandum.* Lezana *Tom. 4. V. Privileg. num. 20.* cum Sanctarello. Noster Mallech. *in Quadrip. Part. 1. num. 58.* Carden. *in 2. Crisi Disp. 2. à num. 160.* La Cr. *Lib. 1. num. 852.* Kazenp. *cit. Part. 1. cap. 2. num. 432.* cum Rodriq. & Bassæo.

ATQUE IN HIS OMNIBUS
LAUDETUR DEUS
IN SÆCULA BENEDICTUS.

IN-

INDICULUS
CAPITUM ET PRIVILEGIORUM
hôc opusculô deductorum.

CAP.

INDICULUS.

CAP. 12. PRIV. 12.

Quoad executionem litterarum Apostolicarum in absolutionibus, & dispensationibus. à Num. 276.

APPENDIX.

De tuto usu Privilegii innixi sententiæ probabili. à Num. 322.

FINIS.